


P.Victor.
Pomponius Lætus.
Fabricius Camers.
R.Volaterranus.
De Vrbe Roma.
Scribentes.

Flauius de Locis ac Ciuitatibus Italiæ, deq;
eius Appellationibus Priscis ac Nouis.



Reuerendo In Christo.D.Io.Matthæo Gyberto Pro-
tonotario Apostolico: Ac Illustrissimi et Reuerē-
dissimi Domini.D.Iulii Car.Medicis.S.R.E.
Vicecancellarii etc. Maiori Secretario
Io.Bapt.Pius Bononiensis.

PINDARVS Vir ornatissime ī ea Ode: quæ inscribitur: Epharmosto Opūtio Luctatori, laudandū uetus uinum monet: floridos uero cantus recentiorū: suspiciendos. Ego perinde cum Pindaro afficior ueteribus auctoribus: ita tamen ut recentiores nō negligam. Exemplum stomachi mei habes in oculis, opusculum uidelicet Fabricii Varrani Episcopi Camertis uiri utraq; lingua cultissimi, breuiarium Vrbis Romæ continens. Ego tuus olim in Bononiensi Gymnasio præceptor, nunc cliens, occupationes tuas exonerare studens: quicquid alii longis ambagibus super Vrbe Roma dixere, in Epitomen ab Episcopo Varrano, Victore, Volaterranoq; nostro digestū, tibi dicauimus, ut te Vrbs illa non lateret: cuius maxima pars es. Te enim Reuerēdissimus Medices Argus ingeniorum, qđ impossibile sit occultare insitos mores, ut idem poeta cecinit, ex omnibus unum delegit, qui animum suum gereres, et merito quidem tuo uel maximo. Virtutes sane omnes in pectore tuo domicilium sibi construxerūt.

Cunq; et Pater Francus nobiliss. et Patria urbium pulchettima fortissimaq; te laude omnifaria cōdecorēt, Tu tamen more sacris certaminibus Vincentiū, et patriā, et parētes quotidie uirtute duce, comite fortuna, coronas. Vnus habens morum, quidquid possidemus omnes. Vale ac lege felix, et hoc Fii Chētis, mnemosynon habeto, qui te ut discipulum amat, ut patronū colit ac obseruat.

Ad. R. Dominum Ioannem Matthæum Gybertũ Protonotarium Iulius Cæsar Pius Cliens.

Si mea Cliniaden totum nunc ora referrent
Cui decus et linguæ gratia blanda fuit,
Actæos qua sæpe uiros, Actæa reuoluit
Pectora, nec blando frontis honore uacent.
Suada periclæo Dea si mihi fundat ab ore
Cecropium nectar, Cecropiumq; melos.
Si mihi Stesichori nunc Daulias incinat ales,
Si globus Aonidum, qui Xenophonta fouet.
Isocratis Veneres si nostra Poemata comant,
Quæq; tuo nectar contulit ore Plato.
Si mihi se Musæ: Si se mihi donet Apollo,
Si mihi Mæonii plectra canora senis.
Pectora si ferro: Chalybum si dura rigore
Vox mea. Stentoreo detur et ore frui.
Enumerem Gyberte tuas clarissime laudes,
Quantus et ingenio, quantus et es genio.
Sed Phaeton fieri metuo, qui sole propinquo.
Decidit. Ergo satis sit uoluisse mihi.

FABRICII VARRANI EPISCOPI CAMERTIS DE VRBE ROMA COLLECTANEA.



RBS ROMA A Romulo dicta. Eius circuitus secundum Plinium .xx. milia pass. Secundũ Vopiscũ in Aurelio: quinquaginta: ex Marcello et Paulo Iurisconsulto datur agnoscere, ut alter de circuitu murorum, alter de continentiis Vrbis intellexerit, cum muros nullo in loco ampliores fuisse uideamus. At nostro tempore murorũ circuitus uix cum Ianiculo: hoc est Trãstyberi et Vaticano .xiiii. continet milia.

Portæ Vrbis.

Porta populi quondam Flumentana a Tyberi qui eam poterat quandoq; alluere. Hanc e cœlo tactam Liuius in bello Macedonico refert.

Porta Pinciana in ea regione, quæ dicitur hodie i Collacio ducit in Sabinos, Collatiæ ab antiquis dicta quã Rauennam exportauit Theodoricus primus Ostrogothorum Rex teste Cassiodoro in epistolis.

Porta Palaria, quæ et Collina, et Quirinalis dicta est, qđ ducat in Quirinalem montē, in qua. T. Tatius castra Curiū locauit. Ducit in Agonem ubi Tyberis inundatio Apollinares ludos intercepit.

Porta sanctæ Agnes Nomentana dicta et Domine quo uadis, ante Viminalis.

Porta sancti Laurentii Exquilina et a capite Tauri sculpto, aliquando Taurina, unde pecus educere Valerius Cōsul iussit, cum Roma ex aduersa parte in plano Tyberis obsideretur.

Porta maior ante Neuia ī Celio monte unde Lucretius Consul cum Valerio exiuit.

Porta sancti Ioannis Asinaria a priscis Celimontana unde ipse Valerius exiuit.

Porta Clausa Metrobii, ante Gabiusa dicta quæ in Gabios ducit. Hæc e cœlo teste Liuio tacta fuit in bello Macedonico.

Porta Latina antiquum nomen obtinet.

Porta Capena, quæ et Appia ducit Capuam, per quam regressus est Horatius ex tribus superstes.

Porta sancti Pauli aliquando qđ Hostiam ducit Hostiensis, a priscis Trigemina.

Carmentalis porta fuit ad Cliuum, qui ducit per Sublicium pontem in Ianiculum. Is locus uidetur esse ultra ecclesiam sanctæ Mariæ ad scholam græcam, nunc uocant Cosmedim ad Auentini radices.

Transtyberis Ianiculum. Ianus apud Ouidiũ. Arx mea collis erat, quem cultrix nomine nostri Nuncupat hæc ætas, Ianiculũq; uocat. Ianiculum urbi adiectũ facto in Tyberim sublicio ponte, qui nũc pons Xystus dicit.

Porta Portuensis in Ianiculo uersus occidentem a Claudio facta, q đ in portum ducat sic dicta.

Porta sancti Pancratii olim Aurelia in Ianiculo.

Porta quæ nunc subtus Ianum in Ianiculo, quæ ducit in Vaticanum, antea Fontina dicebatur.

Thermæ ad Sanctum Franciscum in Transtyberim Seueri uel Aureliani.

Thermæ in Campo Vaticani ubi nunc Prata dicimus, eorundem.

Ecclesia sanctæ Mariæ a Calisto ædificata Transtyberim, Templũ Rauenatiũ erat, seu Taberna meritoria.

Pons ruptus antea Aurelius.

Duæ Turres quæ nunc destitutæ in naualium faucibus in Ianiculo cernuntur a Leone Quarto ædificatæ ne barbaris ultra per Tyberim pateret accessus, sicut cum ecclesia sancti Petri in Vaticano et Ianiculum a Saracenis incensum fuit.

Portæ in Burgo sancti Petri.

Porta sancti Spiritus quæ dimittit in Ianiculum.

Porta Pertusa in alto colle edita.

Porta Viridaria subiecta palatio pontificis, quæ ad ortos ducat.

Porta quæ nunc est clausa, quæ duceret ad scholã Longobardorum, Posterula dicta fuit.

Porta quæ sub castello scti Angeli ẽt Posterula dicta ẽ.

Porta in ponte Hadriani, porta Aenea dicitur.

Portæ Triumphalis prope sanctũ Spiritũ in Saxia, apparent uestigia prope Tyberim i uia quæ ducit ad Obeliscum. C. Cæsaris, quæ uia Triumphalis est.

Palatium Sancti Petri ubi erat templum Apollinis.

Obeliscus. C. Cæsaris in territorio triumphali.

Templum Vestæ ad Tyberim contra Iani templum.

A rupe Tarpeia ad pontem Sanctæ Mariæ Asyli templũ in quadrato lapide extructũ, quod nũc dedicatũ ẽ sanctæ Mariæ Aegyptiacæ ad aream pontis prædicti.

Rostra fuerũt ubi nũc ecclesia sanctæ Mariæ ď Inferno:

Græcostasis in Montis Palatini angulo, iñ quo loco est ecclesia sancti Laurentii in miranda.

Templum Concordiæ in Palatino colle contra templũ sanctorum Cosmæ et Damiani.

Comiciũ inter turrim, quæ Palara dicitur et ecclesiã sancti Laurentii in Miranda, ubi porci uenundantur.

Cumulus nũc acceptorũ corrupto uocabulo antea mõs citatorũ uocabatur, in Campo Martio est post colũnã Cœliã ad occidentẽ. Citatorũ dicebatur quia postq̃ citati tulerant suffragia, ne laturis se immiscerẽt, et cui fauissent dicere possent per pontem qui erat in loco ubi Columna Cœlia est transeuntes separabantur.

Lacus in quem Iuturna se mersit pro aqua uirginea est, qui locus pro Iuturna nunc dicitur Lo Treglio.

Campus Martius ubi Columna Cœlia, quæ in honorē Antonini Pii. CLXXV. pedum erecta fuit.

Prætoriana Castra reduxit Tyberius in arcē: quam fecit ubi nūc Caput bouis appellant in uia Appia prope san ctum Sebastianum.

Ecclesia. s. Mariæ de Minerua templū Isidis.

In colle Vaticano incluso Vaticani dei templum fuit.

Naumachia sub monte Vaticani et Palatio.

Ecclesia beati Cosmæ et Damiani, templum Romuli.

Montes Vrbis.

Capitolium qui et Tarpeius mons et Saturnius ubi Pan dana porta, olim Arua saturnia. Virg. viii. Hinc ad tar peiam sedem, et capitolia ducit Aurea nunc, olim silue stribus horrida dumis.

Auētinus mons ubi Dianæ Templū ab aduētu nauiū.

Palatinus mons. Virg. viii. Arcadas has oras genus a Pa lante profectum Qui regem Euādrum, comites, qui si gna secuti Delegere locum, et posuere in montibus ur bem Pallantis proaui de nomine Pallantæum.

Celius mons a Celio duce Tuscorum.

Exquiliæ ab excubiis regis.

Viminalis a templo Iouis uiminei, cuius aræ sunt collis post sanctam Susannam.

Quirinalis a templo Quirini, uel quia Cures duce Tatio ibi posuerunt castra. Mons est inter Portam populi et Portam Salariam.

Mons Ianiculus a Martio Anco urbi additus.

Ara cœli in Capitolio in Feretrii Iouis templo fundamētis extructa est.

Iupiter Capitolinus ubi nunc saluator in maximis.

Iani Templum ubi nunc Cācellaria .i. ubi sunt carceres.

In rupe Capitolina Templū Iunonis monetæ. Virg. In summo custos Tarpeiæ Manlius arcis.

Cliuus Capitolinus e regione respicit Ecclesiam sancti Georgii ad uelum aureum.

De Auentino.

In Auentino Lucinæ Templū, de quo Ouidius. Luna regit mēses, huius quoq; tēpora mēsis Sumit Auētino Luna colēda iugo. sub quo fons erat. Idē. Lucus Auētino suberat nigra Ilicis umbra, Quo posses uiso dicere, numen inest. In medio gramen, muscoq; adoperta uirenti Manabat saxo uena perennis aquæ.

De Monte Palatino.

Ecclesia sancti Andreæ de Palara, est intra Palatium. In cætera parte Palatii uinea et prædiū muro cinctū hūc est Cardinalis de Capranica.

De Celio.

Ecclesia sancti Ioānis Pauli in Celio super fundamentis curiæ Hostiliæ.

Duo aquæ ductus, quorũ unus in Capitoliũ ducebatur ab Antonio Caracala. Alter in Auẽtinũ a Claudio ut literæ in tabula marmorea apud hoſpitale ſancti Ioannis laterani oſtendunt.

Eccleſia ſancti Sephani in Celio rotũda in æde Fauni extructa. Eccleſia ſanctorũ quatuor coronatorũ ſup caſtra quæ dicebantur peregrinorum.

Sanctus Ioannes Lateranẽſis fuit palatium Lateranẽſiũ.

Porta maior in Celio monte non longe a Laterano.

Amphitheatrum Statilii Tauri in Celio.

Eccleſia monaſterii Cartuſienſium in palatio Soſociano, et in eodẽ loco Veneris et Cupidinis templa ſimul iuncta.

De Exquiliis.

Mons Caballus in exquiliis, quæ a Turribus quæ nunc comitũ et foro Traiani uſq; ad Diocletiani Thermas protenduntur, et deſinunt ad portam ſancti Laurentii. alter mons Exquiliarum a Diocletiani Thermis cõtinuat per montẽ ſanctæ Mariæ maioris: ſancti Antoni, ſanctæ Praxedis, ſancti Viti in Macello uſq; ad Lauicanam uiam, quæ ab amphitheatro hoc eſt Coloſſeo incipiẽs et ad ſanctorũ quatraginta Martyrũ, Clemẽtiſq; ac Petri et Marcellini eccleſiam cõtinuat priuſq̃ Portã Maiorẽ attingat Celiũ ab ipſis Exquiliis dirimit.

Monticulus inter Exquilias Suburra dicebatur.

Sancta Maria in Populo Tumulus Tarquinii imminet uſq; ad Pincianum Palatium.

Thermæ Corneliorũ in Vico Corneliorũ domus Cor-
neliorum dirutæ.

Corneliorũ uia ín Caballo ubi duæ ſtatuæ iacẽtes: una
Bacchi, altera Saturni, ut Apollodorus ſcribit, quorũ
templa ruinæ, prope adſtantes.

Caballi duo illi Tyridatis Armeniorũ Regis fuiſſe Sex.
Rufus dicit.

Turris nunc Meſa dicta Turris eſt Mœcenatis et orti
circum, ex qua Turri Neronem ſpectaſſe incendium
urbis dicít Tranquillus.

Proſper Columna habitat in Mœcenatis hortis.

Regio Triuii nunc, quæ ſcelerata uia erat ſub exquiliis.

Eccleſia Sancti Cyriaci in Thermis Diocletianis.

De Thermis

Thermæ Alexandrinæ ab eccleſia Sancti Euſtachii et
ædib. Ioannis Baroncelli a cãpo Sãctæ Mariæ Rotũdæ
hinc ad Lombardorũ plateam et Agonem, qui circus
Flaminius eſt: inde ad binas pene turres Ioãnis Moro-
ni protonotarii Reatini.

Thermæ Agrippinæ ſunt Pantheoni cõtiguæ e regione
uerſus Mineruã Aediũ porciorũ, Cincii Ruſtici, Bapti-
ſtæ Thenis, Georgii Cæſarini protonotarii, cõplectit.

Thermæ Antonianæ in regione ad uiam Ardeatinam
ubi ad Septentrionalẽ plagã eccleſia eſt Sanctæ Priſcæ

ad orientem sanctorum Nerei et Archilei, Sancti Xysti monasterium ipsas Thermas e regione respicit.

Thermæ, Metodium, Naumachia et cætera Domitiani opera fuerunt quæ cernunt undiq; ad sanctũ Siluestrũ inter Flaminiam uiã et collem Pincianum ad Monasterium sancti Siluestri.

Arcus Triũphalis inter ecclesiã sancti Siluestri et Laurẽtii in lucina uiam amplexus Flaminiam, Domitiani triumphalis fuit ubi cernere est ipsum qualis a Suetonio describitur statura procerum, sed tunc sedẽtem, dormientemq;, et Mineruam, quã superstitiose colebat somniantem excedere sacrario: negantemq; se ultra eũ tueri posse, quia exarmata esset a Ioue.

Palatium quod fuit Morinensis Card. ædificatũ est super Domitiani opera.

Prænestina uia quæ ad portam sancti Laurentii.

Gordianorũ domus ducentas colũnas uno filo habuit: et eorum Thermæ fuerũt post sanctum Eusebium in uia Prænestina ubi ruinæ cernuntur.

Cõstantini Thermæ ubi duo Caballi et quatuor ipsius statuæ pedestres.

Ecclesia sanctæ Pudentianæ in Thermis Nouatiani rogatu Praxedis sororis a Pio. iii. ædificata est.

Monasteriũ sancti Laurẽtii in Panc. et perna in Thermis olympiadis ædificatum.

Da Exquiliis

Trophæa sancti Marii de Iugurtha et Cymbris in ecclesia sancti Eusebii et sancti Viti in Macello cernunt.

Gallutii Thermæ hodie appellatur basilica, quam Suetonius scribit. C. Cæsarem. C et Lucio nepotibus extruxisse in Exquiliis.

Macellum hodie in Exquiliis ubi ecclesia sancti Viti in Macello, et arcus in Macello.

Arcus in Macello Gallieno Imperatori positus.

De Viminali Colle.

In Colle Viminali tria teste Plinio. xvii. lib. fuerunt miranda ædificia. Domus Crassi Oratoris. Q. Catuli, qui cum Mario Cymbros fudit. et. C. Aquilii equitis et Iurisconsulti cernuntur ruinæ ad sanctam Susannam.

Salustiani horti inter Quirinalem et Viminalem á portu sanctæ Agnes prope ad sanctam Susannam extenduntur ruinæ.

De aliis locis celeberrimis.

Plane Exquilias inter et Celium montem ubi monasterium monialiū sancti Andreæ: Tabernula antiquitus dicebatur.

Carinæ incipiebant a Tabernula ad Marii Trophæa.

Via Sacra dicta: qđ per eā ab arce ad augures sacra quot mensibus ferebantur.

Cosmæ et Domiani ecclesia in Via sacra in templo Romuli uel Vrbis Romæ.

Curia uetus in parte Carinarum erat apud ecclesiam san cti Petri ad Vincula fornices maximi inter ruinarũ uastitatem contra Colosseum aspiciunt.

Via sacra a Curia ueteri iuxta Amphitheatrum ad Capi tolium usq;.

Ecclesia sanctæ Agathæ ecclesia Gothorũ fuit i suburra.

Ara cœli primum Templum a Romulo ædificatum nõ longe inde Ara Iouis statoris.

Vbi nunc Tyberis est, quæ uulgo Pallara dicitur locus depressus, in quo miranda est ecclesia sancti Laurentii Lacus Curtius erat et Templum Faustinæ.

Multa Neruæ ibi sunt monimenta. ubi nũc dicitur Noe arca interiacet, Palus nunc uocatur.

Tẽplũ Iani erat ad ecclesiã sancti Georgii ad uelũ aureũ pene in agro extat candido marmore extructum, quod partim est inter forũ Boarium et piscarium.

Ecclesia sancti Georgii i ruinis uelabri ædificata in Mon te Auentino.

Porta Ingẽs Capitolii ad ecclesiã Saluatoris in maximis semiobruta. ibi erat Cliuus Capitolinus, qui est inter Ianum et Velabrum.

FINIS.

Pomponius Lætus de Vetustate Vrbis. Ex Publio Victore, et Fabio.

Amphitheatrum.

In media Vrbe amphitheatrū icohatū a Vespa siano, perfectū a Domitiano cum incrustatione intrinsecus et extrinsecus cū signis, et in singulis superioribus arcubus erāt statuæ marmoreæ. Illic fiebāt ludi. Sub tanto ædificio subsunt Cloacæ adeo ut pars ædificii substineatur a Cloacis. Ab latere ædificii uersus septentrionem et orientem erat uia publica strata lapidibus quadratis et magnis, Amphitheatrū nunc appellatur Colosseum a Colosso, qui ibi erat. Est autem Colossus magna statua, quando ludi fiebant ædificium Linteis operiebatur.

Busta Gallica.

Post Capitolium inter Septentrionem et Orientem est locus appellatus Busta Gallica, ubi Galli in magna copia a Camillo interfecti fuerunt, et ibi habēt sepulchra. locus nunc dicitur Portogallo.

Aesculapii et Concordiæ Templum.

In Horto sanctæ Mariæ nouæ ē uestigiū templi Aesculapii et Concordiæ.

Arcus Constantini.

In radicibus montis Palatini uersus Colosseum ē Arcus

Constantini principis cum uictoriis alatis, qui profligauit Massentiũ filium Maximiani. Is Constantinus fuit Britanicus.

Septizonium Seueri.

In tẽplo sanctæ Luciæ sub colle sancti Gregorii ẽ Septizonium Seueri dictum a septem Zonis.

Suburra.

Suburra incipit inde ubi est Colosseus et producitur usq; ad Exquilias.

Iouis Simulacrum.

Fragmentum minimæ rotũditatis prope Colosseũ cinctum erat marmoribus. Super erat Iouis simulacrum.

Iouis Statoris Templum et Domus Ciceronis.

In ea parte Palatini mõtis, quæ aspicit Circum maximũ fuit Templum Iouis Statoris, prope quod fuit domus Ciceronis.

Templum Pacis.

Post palatium statim uersus Septentrionem sunt ruinæ templi pacis, quod Templum post bella ciuilia Vespasianus ædificauit.

Domitiani Statua.

Inter Capitolium et Palatium ubi remanserunt tres columnæ, erant tresdecim satis ornatæ. Super has columnas erat statua eqtis aurei, et sub pedibus erat Rhenus fluuius Germaniæ de qua triumphauit Domitianus.

Apertura Terræ Curtii et Tēplū Vulcani cū Scypho qui tenuit Romulū et Remum.

In eodem loco fuit olim illa apertura terræ, in quam se dimisit Curtius armatus una cū equo, terra statim coiuit, et pestis euanuit. Iste locus est in parte fori Romani, circum quod fuerunt multa templa et ornamenta: inter quæ templum Vulcani: ante quod templum pendebat Scyphus, qui tenuit Romulum et Remum.

Prope forum ubi nunc est hospitale Aromatariorū fuit porticus Antonini Imperatoris et Faustinæ.

Saturni et Opis Templum.

Sub Capitolio ē parua ecclesia, quæ diruta imminet hospitali sanctæ Mariæ de Porticu, ubi fuit templum Saturni et Opis eius uxoris. In quo templo fuit ærarium populi Romani.

Seueri Imperatoris Arcus.

In radicibus Capitolii uersus Aquilonem et Zephyrum ad hortum æstiuum est arcus Seueri Imperatoris.

Iunonis Mineruæ Templū et Cōcordiæ.

Prope fuit Iunonis Monetæ Templum, et Cōcordiæ. inde fuerunt multi gradus ad Capitolium.

Carcer Tullianus.

In radicibus Capitolii super forum Romanū uersus septentrionem est carcer, nunc dicitur sancti Petri, fuit illa pars carceris: quam construxit Tullus Hostilius et

appellabatur Tullianum.

Carcer plebis.

Ex altera parte Capitolii uersus meridiē ubi ē ecclesia scti Nicolai i carcere, fuit postea ibi ædificatus carcer a Claudio deceuiro, quē appellauit Carcerē plebis Romanæ.

Theatrum Marcelli.

Vbi nūc ē domus Sabellorū fuit olim theatrū Marcelli.

Velia et Domus Catilinæ.

Illa pars Palatini montis, quæ uidet forum Romanū appellatur Velia, quia ibi pastores antiqui ante tonsuram ouium uellebant lanam ex ouibus. Eadem pars habuit domum Catilinæ et Catuli.

Aedificium Neruæ Imperatoris.

Inter Capitoliū et Exquilias uersus Arā cœli adhuc sunt magna ædificia cū inscriptione ædificii Neruæ Imp.

Forum Traiani et Porticus.

Inter Capitoliū et Quirinalē collē ab ædificio Neruæ ad Colūnā Coclidē et radices Capitolii, fuit forū Traiani circū qđ erāt ornamēta innumerabilia: quæ fuerūt aduecta ex toto orbe terrarū uersus occasum. Porticus cū amplis et excelsis columnis, et cū magnis epistyliis adeo mirabile opus fuit, ut qui intuerent̄ nō potuerint adduci ad credendum illa esse facta manibus hominum, sed gigantū. Pars tota quæ uergit ad occasum quia mons Quirinalis impediebat: tota excisa fuit, et solo æquata, ne forū spatio fraudaretur.

Columna in foro Traiani.

Columna quæ est in foro Traiani est erecta a populo Romano in honorem Traiani post uictoriam de Dacis, et ipse Traianus Columnam non uidit. Concessit enim ad indicendam expeditionem.

Pantheon.

Vbi nunc est sancta Maria rotunda: ibi fuit Pantheon dedicatum Ioui Vltori, cuius tegmen fuit ex laminis argenteis. Illas laminas sustulit Constantinus nepos Heraclii ueniens ad Vrbem.

Antipantheon.

Antipantheon appellatur Prothyrion .i. locus ante portam templi, quod .M. Agrippa fecit. Antiqui in omnia templa ingrediebantur per gradus ascendendo, In unũ tantum descendebant Consi Templum.

Consi Templum.

In Templum, quod in honorem Consi .i. dei consiliorum fuit ædificatum descendebatur pluribus gradibus et nullis ascendebatur.

Templũ Boni euentus.

Prope supradictum Pantheon erat templum Boni euẽtus, et ædificia prope Pantheon sunt ruinæ .M. Agrippæ et extenduntur usq; ad domum, quæ fuit Cardinalis Spoletini.

Thermæ Neronis.

Aedificia quæ sunt ad sanctum Eustachiũ fuerũt Ther

mæ Neronis: postea instauratæ ab Alexandro Imperatore, et dictæ Alexandrinæ.

Campus Martius.

Vbi est Ecclesia sancti Laurentii in Lucina cum hortis, ibi fuit Campus Martius appellatus, in quo habebant Comicia, et ubi est domus noua facta: quæ est ædiculæ æditimorū sancti Laurētii, fuit basis nominatissima.

Horologium.

In Campo Martio ubi est Epitaphium Capellanorū, ibi fuit effosum Horologiū, quod habebat septem gradus circū, et lineas distinctas metallo inaurato, et solū campi erat ex lapide amplo quadrato, et habebat lineas easdē et in angulis quatuor uenti ex opere musiuo, cū inscriptione ut Boreas spirat.

Ossa Neronis.

Collis hortulorum qui surgit a dextris eundo ad sanctā Mariam de populo, in eo sepulta fuerunt Ossa Neronis, pars quæ subiacet plana uergens ad Austrum et Libyn habebat hortos, et tota humida.

Pincius.

Locus ille qui uidetur esse mons supra flumen, appellatur Pincius a quodam ciue. Ex colle hortulorū candidati descendebāt albis uestibus, qui erāt petituri magistratū.

Domus Martialis.

Inter collem Quirinalē et hortulos est locus depressus ubi nunc est uinea, quæ appellatur Pila Tyburtina,

prope quam fuit domus Martialis: unde.

Sed Tyburtinæ ſum proximus accola Pilæ:
Qua uidet antiquum ruſtica Flora Iouem.

Iſta Pila nuncuocatur Tybur uetus, Antiqui cogitauerunt a Porta Collina protendere mœnia uſq; ad ponte Miluium per montes propter ſuauitatẽ iſtius planiciei. Sed Aruſpices uetuerunt: quia non licebat circa urbem comicia facere et legere milites.

Equi Duo et Statuæ Cybeles.

Exeundo a Domo Pomponii eundo per dorſum mõtis quirinalis uerſus Septentrionem ſunt duo equi cũ ſtatuis marmoreis, qui miſſi fuerũt a Tyridate rege Armeniæ ad Neronem imperatorem. Sunt tres ſtatuæ Conſtantinorum ſedentes tenentes cornucopiæ ſiniſtra manu, hæ ſunt ſtatuæ deorum fluminum. Significãt rerũ copiã. Eſt et Cybele ſedens ſuper duobus leonibus turrita quia præeſt turribus et caſtris.

Vbi fiebant Floralia.

Eundo a ſiniſtris eſt uallis incluſa parietibus Vbi fiebant Floralia, et mons a dextris habet domũ Cardinalis Neapolitani, ea eſt pars Quirinalis montis, et uocatur mõs Clatræ et Apollinis. Mons a dextris uocatur Capitoliũ uetus, et pars eſt Quirinalis ubi fuit Templum Iouis antiqui, quod Templum Capitolinum.

Templum Herculis et Quirini.

In medio fere dorſo a ſiniſtris fuit Templum Quirini.

Quidam Othomedio Ianensis Senator urbis expolia/uit templum et ex ornamentis facti sunt gradus in ara cœli, et gradus quibus ascenditur Capitolium.

Vicus et Statua Mamurii.

Adhuc p dorsum Quirinalis ubi est Tẽplũ sanctæ Su/sãnæ a sinistris, ibi fuit uicus Mamurii, et ibi erat eius sta tua. Fuit autem Mamurius faber ærarius, qui fecit An/cylia Numæ Pompilii. Est autem Ancyle scutũ lõgius q̃ latius quasi ambesum. Post tẽplũ ubi fuit ecclesia Sã/cti Sabini, ibi fuit Salustii forũ.

Porta Collina.

In ipso colle Quirinali est Porta Collina, quæ diu fuit ultima Porta Vrbis, et mœnia non multo spatio exten debantur uersus occasum, et erat finis.

Locus Supplicii Virginum Vestæ.

A sinistra intrinsecus eũtibus est locus editus et eleuatus ubi erat antrũ artificio factũ testudinatũ cũ exiguo fo/ramine: unde emittebãt uestales, q̃ cõmiserãt impudi/citiã, et ne perirẽt fame ĩ antro erãt excauatæ duæ paruæ fenestræ. In altera erat Lucerna accensa, in altera lac et aq̃. postea populus mittebat terrã quousq; terra ad sũ/mitatẽ perueniret foraminis. Ita moriebãt illic sacerdotes cum uestibus sacerdotalibus. priusq̃ hoc fieret intrinse/cus ante portã audicantur sacris moniales: et postea in/grediebantur portam, sed non poterant uertere caput. Deinde nõ licebat exire sacerdotẽ p illam Portã p unũ annũ: et totus Populus ea die in luctu erat.

Via Salaria.

Via extrinsecus Salaria uocatur, qua Sabini ferebāt Salē ex Vrbe.

Horti Salustiani.

Intrinsecus a porta Collina a sinistris est ualis longa ubi fuerunt Horti Salustiani circūdati pulcherrimis ædifi-ciis, qui fuerunt non modo ornati, sed etiā propter sum ptum et ornatum ædificiorū satis amœni, et aquæ sub-terraneæ manu factæ irrigabant Hortos.

De Via Nomētana, Viminali, et Quirinali.

Prope Portā Viminalē quæ est proxima Portæ Colli-næ coniūguntur duo colles Viminalis, et Quirinalis. extra Portā Viminalē incipit Via, q̄ uocat̄ Nomētana.

Viminalis et Exquiliæ.

Viminalis collis a Ioue uimineo dictus, et exqliæ ab ex-cubando confunduntur, qui sunt duo montes urbis.

Templum Quirini.

Vbi sūt Thermæ Diocletiani, et Maximiani, quæ nō fue runt inchoatæ ab ipsis, sed a ueteribus, inter ipsas Ther-mas a Septētrione fuit Tēplū Quirini. Quod dorsum Quirinalis appellatur alta semita.

Balnea Pauli.

In descēsu Quirinalis montis uersus meridiem ubi nūc est domus de comitibus, et turris militiæ, fuerunt Bal-nea. L. Pauli.

Thermæ Constantini.

In ipso colle Quirinali erant Thermæ Cōstātini Imperatoris: quæ extēdebantur usq; ad domum de Colūna.

Vallis Quirinalis et Domus Pomponii Attici.

Inter Viminalē et Quirinalē uallis est Quirinalis dicta ubi est sancti Vitalis Templum: ubi Romulus apparuit ante lucem Proculo cum ascēderet in cœlū, ubi fuit domus Pomponii Attici.

Puteus Probæ.

In eo Quirinali est Templum sanctæ Agathæ, et in ipsa ualle non longe a templo sancti Vitalis est puteus, qui dicitur puteus diuæ Probæ. Nā Proba Virgo eū fecit.

Lauacrum Agrippinæ.

In ascensu Viminalis collis uersus septentrionem est tēplum sancti Laurētii panispernæ, ubi lauacrū Agrippinæ matris Neronis, quod lauacrū postea magna impēsa Hadrianus Cæsar instaurauit. Ibi nūc sūt moniales.

Turris Mœcenatis.

In uia, quæ est post Thermas inter oriētē et Aquilonem ubi est ascensus, in illa parte eminentiori fuit Turris Mœcenatis, unde Nero dicitur inspexisse incēdiū urbis.

Campus Exquilinus.

Sub illa Turri uersus Septētrionem est campus exquilinus ubi olim comburebātur cadauera mortuorū, cuius rei nidor multum urbi nocebat. Augustus qui studuit emendare Aerē consensu Po. Ro. et senatus cōcessit cāpum Mœcenati ubi faceret pulcherrimos hortos. Nūc

appellāt campū Variū, qđ ibi postea detinebanť aĩalia.

Porta Viminalis et Exquilina.

In hoc cãpo sũt duæ portæ urbis: Altera uocať exqlina, quæ ẽ clausa: Altera Tyburtina. Inter hãc portã et portã Viminalẽ, erat porta q̃ uocabať porta iter Aggeres, q̃ nũc est clausa, ubi uia erat satis munita intrĩsecus. E regione huius portæ erat arcus Gordiani imperatoris.

Puticulæ.

Extra portã Exquiliam uel Exquilinã erat locus, qui dicebatur puticulæ, ubi erãt frequẽtes putei, quibus cõdebantur ossa combustorum.

Porta Sancti Laurentii.

Porta. S. Laurẽtii est ĩ aquæductu et externis nõ Porta:

Ad Vrsum Pileatum.

Iuxta portam sancti Laurentii ad dextram exeũtibus est Templũ Sãctæ Viuianæ et sex miliũ martyrum, ubi uocabať antiquitus Ad Vrsum Pileatũ qđ ibi fuit imago Vrsi habentis Pileum in capite.

Duo Trophæa

Post ecclesiã. S. Eusebii ẽ pars ædificii ubi sunt duo Trophæa. i. spolia hostiũ. Alterũ Trophæũ habet Thoracẽcũ ornamẽtis et clypeis ante imaginẽ uictoriæ. Alterũ hẽt istrumẽta oĩa ad pugnãdũ et clypeos, et hẽt uestes.

Gallieni Imperatoris monimẽtũ.

Vbi est ecclesia sancti Viti est arcus dirutus cum monimento Gallieni Imperatoris.

Thermæ Titi et Vespasiani.

Post ecclesiã Sancti Martini uersus Orientẽ sunt ruinæ Thermarũ Titi et Vespasiani. Ruinæ cisternæ Thermarum Titi uocatur nunc Capoces. i. capaces aquarũ.

Philippi Imp. Thermæ.

Post Thermas Titi inter aquilonẽ et eurũ sunt Thermæ Philippi Imperatoris. Post est uallis inter Exquilias et Cœliũ montẽ, quæ ducit ad portã sanctæ Crucis, Quæ est pars aquæ ductus.

Via Prænestina.

Via quæ ẽ extra portã sanctæ Crucis uocat̃ Prænestina.

Exquiliæ.

Exquiliæ incipiũt a templo sancti Petri a Vinculis, et ꝓtendũtur usq; ad ecclesiã sanctæ Crucis, inde ad Thermas Diocletiani: illinc circũeũdo includit eccleſiã sanctæ Mariæ maioris, prope quam erat Basilica Sicimini Romani, et sanctæ Praxedis usq; ad. S. Petrũ a uĩculis.

Cœlius Lateranensis.

Cœlius mons incipit ab ecclesia sancti Io. Lateranẽsis. A familia Lateranorũ sic dicit̃. et finit ubi ẽ ecclesia sancti Gregorii, et ẽ magni ambitus: et includit ecclesias quattuor Coronatorũ. S. Stephani rotũdi, sancti Ioannis et Pauli, sancti Petri Marcellini in radicibus montis cœlii. Supra est Quadriuium inter cœlium et exquilias. Cœlius appellatus a quodã ciue Cœlio Vibenno, qui præstitit aurum Romanis contra Sabinos.

Porta Cœlimontana.

Porta Cœlimontana appellatur, illa quæ eſt ſub ſancto Ioanne. extra quam eſt uia Campana.

Porta Metrodori et Cœlicolus.

Inter portam Cœlimontanã et portã in uia Latina, eſt porta, quæ appellatꝰ Metrodori clauſa nũc, et ille mons parui ambitus, qui eſt poſt Cœliũ montẽ ad oriẽtẽ appellatꝰ Cœlius minor. i. Cœlicolus, meminit Martialis.

Regio Portæ Campanæ.

Regio Portæ Campanæ eſt poſt Cœliũ montẽ et Auẽtinũ uſq; ad radices aſcenſus ad ſanctum Ioannem.

Porta Capena. Via Appia. Thermæ Antonianæ. Via noua.

Porta ſancti Sebaſtiani uocatur porta Capena, et extrinſecus uia uocatur Appia, quæ eſt regina aliarũ uiarũ. ducit uſq; ad Brunduſiũ. Iſta uia prius q̃ peruenias ad eccleſiã ſanctorũ Nerei et Archillei et Sixti, uocatur uia noua, quæ ducebat ad Thermas Antonianas, quæ fuerunt Antonini Caracallæ, quæ Thermæ ſunt a dextris poſt eccleſiã ſancti Nerei et Archillei. Et fluuiolus, qui oritur longius ab Vrbe. xx. mil. paſſ. in agro maritimo rigat radices montis Auentini, et ingreditur Tyberim.

Auentinus.

Auentinus ab auibus dictus eſt, et incipit a flumine. magnum habet ambitum, et extẽditur uſq; ad mœnia ubi eſt porta Capena, et ad metam ubi eſt porta ſancti Pau

li. Mons Auentinus est longior et latior. Habet ecclesias multas ad occasum supra Tyberim ecclesiã sanctæ Sabinæ. Alexii, Mariæ in medio, sanctæ Priscæ ad orientem prope finem longitudinis sanctæ Barbinæ.

Via Hostiensis Sepulchrum. C. Cestii

Prope Portam sancti Pauli, extra quã uia ẽ et appellatur Hostiensis est Pyramis quadrata cuiusdam. C. Cæstii.

Campus figulorum.

Campus ad portam sancti pauli post Auẽtinũ est cãpus ubi hodie fit cursus equorũ. In medio surgit collis ubi fuerũt figuli, et ipse collis factus est ex fragmẽtis uasorũ fictilium. Aliæ figulinæ erant extra portam Viminalem a dextris, ubi surgit collis eius materiæ.

Horrea Romanorum.

Post Auentinum montẽ uersus meridiẽ supra Tyberim planicies magna ubi erant. CLX. horrea, quæ seruabãt triticum Po. Ro. et erant magna et longa.

Pons Sublicius.

Sub Auẽtino ẽ põs q olim appellabat̃ sublicius. Erat.n. ligneus. Nã sublices intelligũt̃ magnæ arbores. Postea ab Aemilio factus est lapideus, et appellatur Aemilius.

Templum Matutæ Leucothoes.

Parua ecclesia rotũda. S. Stephani supra Tyberĩ olĩ fuit Matutæ leucothoes. i. albæ deæ, hoc ẽ deæ matutini tp̃is

Templum Herculis et ara maxima.

Post muros scholæ græcæ statim nõ longe fuit templũ

Herculis i foro boario rotũdũ cũ multis antiqtatibus dirutũ tpe Sixti.iiii. Nõ lõge ab hoc templo: Templũ uersus Auentinũ fuit appellatum Ara maxima.

Chrysocolla. Circus Maximus.

Pauimẽtũ Circi Maximi fuit ex Chrysocolla. est autem Chrysocolla dura materies, quæ nascit postq̃ aurũ effossum est, ex auro retinet colorẽ. In cætero est lapis. In hoc circo fiebãt ludi: ubi erant duo magni obelisci, quorũ alter est maximus omniũ qui sunt in orbe. Est autẽ Circus inter Palatinum montẽ et Auentinum.

Palatinus mons.

Mons Palatinus habet i circuitu mille passus, ea fuit prima sedes. P. R. et primus locus habitatus, et sedes imperii constituta ibi, propter quod Hercules in eo monte hospitio fuit receptus ab Euãdro rege. Palatiũ aũt appellatur a Pallãte urbe Arcadiæ, unde rex Euander uenit, ideo in eo monte fuit sedes. P. R. propter quã causam ubicũq; est sedes magni principis, Palatium appellatum. Sed malũ omen est imperio Romano qđ propria sedes est inhabitata.

Iani Velabrum.

In foro boario duo Iani. i. Lodiæ. Ibi recipiuntur mercatores, et habet in se quadriuiũ. Vnus Ianus hæret ecclesiæ sancti Georgii. Non longe hinc inter Auentinũ fuit Velabrũ ita dictũ qđ cũ locus esset paludosus, homines qui uolebãt trãsire in Auẽtinũ ferebãtur Cym-

ba, et soluebant stipem. Pecunia aũt quæ soluit̃ nautis uelatura appellatur: unde Velabrum.

Tyberis sinus prope Capitoliũ.

Sub Capitolio Tyberis inferebat sinũ, qui pertingebat radices Palatii, ubi nũc est ecclesia sancti Theodori. In eo spatio prope fuit templum, et ibi expositus Romulus et Remus in alueolo. i. Scypho ligneo.

Ficus Ruminalis.

Ibi fuit Ficus Ruminalis appellatus a rumine Lupæ. Est autem ruma mamma.

Lupercal.

Supra in Capitolio e regione istorũ locorũ fuit Lupercal hoc ẽ mansio Lupæ, quæ nutriuit Romulũ et Remũ. Erat aũt Lupercal antrum prope tres columnas.

Templũ Castoris et Pollucis.

In fine Fori Romani fuit Templũ Castoris et Pollucis prope quod paruulus fons.

Tarpeius mons.

Tarpeius mons diuidit̃ ĩ duos colles, in Capitoliũ et arcem. In eius medio erat uallis, in qua fuit Asylũ, ad qđ cõfugientes erant tuti. Erat aũt Asylũ Templũ inuiolabile, et ibi fuit Templum Iouis.

Templum Iouis Capitolini.

In Capitolio fuit Tẽplũ Iouis magni Capitolini: quod erat quadratũ quoquouersus pedib. C. Altitudo. CL.

FINIS.

Regiones Antiquæ Vrbis.

Prima Regio portæ Capenæ.

Porta Capena.	Aedis Apollinis.
Vicus Drusianus.	Area Galli, siue Thalli, siue
Vicus Sulpicii Citerioris.	Thaliæ.
Vicus puluerarius.	Area Carsicæ.
Vicus trium ararum.	Lacus Vipsani.
Aedis Martis.	Balineum Vectis Bolani.
Aedis Tempestatis.	Balineum Abascantiani.
Area spei.	Thermæ Seuerianæ.
Area Pinaria.	Arcus diui Veri Parthici.
Lacus Promethei.	Arcus Drusi.
Balineum Torquati.	Almo fluuius.
Balineum Mamertini.	Vici.ix.
Balineum Antiochiani.	Vico magistri.xxxvi.
Thermæ Commodianæ.	Denuntiatores.ii.
Arcus Diui Traiani.	Domus.ccxx.
Mutatorium Cæsaris.	Balineæ priuatæ. Lxxxii.
Vicus Camænarũ et ædis.	Pistrina.xx.
Vicus Sulpicii Vlterioris.	Aediculæ.x.
Vicus Fortunæ obsequẽtis	Curatores.ii.
Vicus Honoris et Virtutis.	Insulæ.iii.mil.ccl.
Vicus Fabricii.	Horrea.xiii.
Aedis Mineruæ.	Lacus lxxxiiii.

Regio in ambitu continet ped.xii.mil.ccxxvi.

REGIO SECVNDA

Cœlimontium.
Templum Claudii.
Campus Martialis.
Antrum Cyclopis.
Caput Aphricæ.
Domus Philippi.
Regia Tulli Hostilii.
Mansiones Albanæ.
Armentarium.
Ludus matutinus.
Cohortes quinque uigilum.
Aediculæ.viii.
Curatores.ii.
Insulæ.iii.mil.
Horrea.xiii.
Pistrina.xii.
Macellum magnum.
Lupatiæ.
Castra peregrina.
Arbor Sancta.
Domus Vectiliana.
Mansiones.
Mica aurea.
Spolium Samatium.
Ludus Gallicus.
Vici.xii.
Vicomagistri.xxviii.
Denuntiatores.ii.
Domus. cxxxiiii.
Balineæ priuatæ.xx.
Regio in ambitu continet ped.xii.mil.cc.

REGIO TERTIA

Isis et Serapis
Moneta.
Amphitheatrũ: quod capit loca.Lxxxvii.mil.
Ludus magnus.
Domus Britiana.
Prætura præsentiss.
Lacus pastoris.
Schola copulatorum.
Castra Misenarum.
Vici. viii.
Vicomagistri. xxiiii.
Denuntiatores.ii.
Domus.c.Lx.

Balineæ priuatæ Lxxx.
Pistrina xii.
Ludus Daricus
Samium Choragium
Thermæ Titi Cæs.Aug.
Schola quæstorum
Porticus Liuia
Suburra
Aediculæ.viii.
Curatores.ii.
Insulæ.ii.mil.dcc.Lvii.
Horrea.xiii.
Lacus.Lxv.
Regio in ambitu continet pedes.xii.mil.cccl.

REGIO QVARTA.

Templum Pacis
Templum Faustinæ
Via Sacra
Basilica Pauli Aemilii
Forum Transitorium
Porticus Assidata
Buccinum Aureum
Apollo Sandaliarius
Sororium Tigillum
Colossus altus pedes.cc.et semis habẽs in capite radios septẽ singuli pedes.xxii.et semis
Carinæ
Templum Veneris
Templum Telluris
Basilica Constantini
Sacri Portus
Balineum Daphnidis
Ara Vulcani cũ Vulcanali ubi lotos a Romulo sata.
Horrea Cathacea
Meta sudans
Domus Pompei
Auita Ciceronum domus.
Aediculæ.viii.
Curatores.ii.
Domus.c.xxxviii.
Balineæ priuatæ.Lxxv.
Pistrina.xii.
Vici.viii.
Vicomagistri.xxxii.
Insulæ.ii.mil.dcclvii.
Horrea.viii.

Lacus.Lxxviii.

REGIO QVINTA.

Exquilina cum Turri et colle Viminali

Lacus Promethei

Nympheum diui Alexādri.

Horti Planciani

Hercules Sullanus

Campus Exquilianus

Lucus Petelini

Ara Iouis Viminei

Isis patritia

Thermæ Olympiadis

Aediculæ.xv.

Curatores.ii.

Insulæ.iii. mil.dccc.l.

Lacus.Lxxix.

Balineæ priuatæ.Lxxv

Macellum Liuiani

Cohortes septem uigilum

Horti Mæcenatis

Amphitheatrum castrense.

Cāpus uiminalis cū aggere.

Domus Aquilii Iurecōsulti

Minerua Medica

Lauacrum Agrippinæ

Vici.xv.

Vicomagistri.Lx.

Denuntiatores.ii.

Domus.clxxx.

Horrea.xxiii.

Pistrina.xii.

Regio in ambitu continet pedes.xv.mil.dcccc.

REGIO SEXTA.

Alta semita

Vicus Mamuri

Vicus Bellonæ

Templum Sarapæum

Templum Floræ

Capitolium uetus

Statua Mamuri plumbea

Domus Attici

Templum gentis Flauiæ

Senatulum mulierum

Thermæ Diocletiani

Decem Tabernæ

Area Calidii

Vici.xii.

Vicomagistri.XLVIII.

Inſulæ.iii.mil.D.V.
Horrea.xviii.
Lacus.Lxxvi.
Templum ſalutis.
Templũ Apollinis, et clatræ
Floralia
Forum Saluſtii
Templum Quirini
Malum punicum
Horti Saluſtiani
Thermæ Conſtantinianæ
Balnea Pauli
Ad gallinas albas
Cohortes tres uigilum
Aediculæ.xvi.
Curatores duo
Domus.C. Balineæ priuatæ.Lxxv.
Piſtrina.xii.
Regio in ambitu continet pedes.xv.mil.dc.

REGIO SEPTIMA.

Via lata
Cohortes ſeptem Vigilum

Nympheum Iouis
Campus Agrippæ
Caſtra Gentiana
Templum nouum fortunæ
Sacellum Senii Sangii
Forum Suarium
Horti Liuiani
Ad manſuetas
Lacus Ganymedis
Arcus nouus
Aedicula capraria
Templum Solis
Porticus Conſtantini
Templum nouũ Quirini
Equi Aenei Tiridatis
Forum Archemonium.
Pila Tyburtina
Lapis pertuſus
Vici.x.
Vicomagiſtri.xl.
Denuntiatores duo
Domus.cxx.
Piſtrina.xvi.
Lacus.Lxxvi.
Aediculæ.xii.
Curatores duo

Insulæ.iii.mil.ccclxxxv.
Horrea. xxv.
Balineæ priuatæ.Lxxv.
Regio in ambitu continet pedes.xii.mil.dcc.

REGIO OCTAVA.

Forum Romanum.
Comicium.
Cloacinæ Templum.
Græcostasis
Miliarium Aureum
Templũ Veneris Cluacinæ
Pila Horatia
Templum Castorum
Equus Aeneus Domitiani.
Ludus Aemilius
Arcus Fabianus
Iani duo celebris mercatorum locus
Templum Vestæ
Templum Romuli
Forum Cæsaris
Forum Augusti
Forũ Traiani cum templo et equo æneo, et colũna Coclidæ, quæ est alta pedes.cxxviii.habetq; intus gradus.clxxviii.Fenestellas.xLv.
Aedicula Concordiæ supra græcostasim.
Victoria aurea
Tabernæ nouæ
Colũna cũ statua.M.Ludii
Aedis Opis et Saturni
Septem Tabernæ
Senatulum aureum
Curia
Templum Concordiæ
Atrium Mineruæ
Iulia Porticus
Puteal Libonis
Regia Numæ
Templum deum penatiũ.
Templum Iani.
Stationes municipiorum
Cohortes sex Vigilum
Lacus Curtius
Aedis Victoriæ
Vmbilicus Vrbis Romæ.

Basilica Pauli cum phrygiis Columnis.
Ficus Ruminalis i comicio.
Apollo translatus ex Apollonia
Delubrum Mineruæ
Porta Carmentalis uersus
Circum Flaminium
Capitolium
Aedis Veiouis a prænefte deuecti
Templum uetus Mineruæ
Horrea Agrippina
Regio in ambitu continet pedes.xii.mil.dccc.Lxvii.
Forum Boarium
Aedes Herculis uictoris a litera cognominata rotunda et antrum Caci.
Vicus Iugarius idem et Furarius cū signo Vortūni.
Porticus Margaritaria
Elephantus Herbarius
Aediculæ totidem
Curatores.ii.
Insulæ.iii.mil.dccc.Lxxx.
Balineæ priuatæ.Lxvi.
Lacus.cxx.
Basilica argentaria
Vicæ poscæ.
Templū Titi et Vespasiani.
Vicus ligurum
Aedicula iuuentæ
Templum Iouis Tonantis.
Signum Iouis Imperatoris.
Asylum
Horrea germanica
Aqua cernēs q̄tuor Scauros.
Sacellum pudicitiæ patritiæ.
Aedis mutatæ
Vicus unguentarius
Vici.xii.
Vicomagistri.xLviii.
Denuntiatores.ii.
Domus.cl.
Horrea.xviii.
Pistrina.xx.

REGIO NONA.

Circus Flaminius
Aedes antiq̄ Apollinis cū lauacro.
Porticus Philippi

Stabula.iiii.factionum.viii.
Mimitia uetus
Mimitia frumentaria
Porticus Corynthia Cn.octauii, quæ prima.xii. fuit
Theatrum Balbi capit loca xxx.mil.
Iupiter Põpeianus.Cl.cæs. dicauit et a uicinitate appellauit
Theatrũ Marcelli capit loca.xxx mil.
Delubrum Cn.Domitii.
Templum Bruti Callaici.
Villa publica ubi primum populi census est actus.
Trigaria
Horti Lucullani
Sepulchrum Augustorum.
Nixæ
Basilica Mac lii.
Templũ diui Antonini cũ coclide Colũna: quæ est alta ped.clxxv.hẽt intus gradus.cclv.et fenestellas Lvi.
Thermæ Neronianæ, quæ postea Alexandrinæ.
Templum boni euentus
Aedis Bellonæ ante Portã Carmẽtalẽ. ante hãc ædẽ colũna index belli ĩferẽdi
Meleagricum
Serapeum calcidica
Minerua
Insula Phelidii siue phelidis
Aediculæ totidem
Curatores.ii.
Insulæ.iii.mil.dcc.Lxxxviii.
Horrea.xii.
Cripta Balbi
Carcer.Cl.x.uiri
Campus Martis
Equiria
Fons Scipionum
Ciconiæ
Pantheon Ioui uictori
Thermæ Adriani
Thermæ Agrippæ
Porticus Argonautarum
Iseum.
Mineruium

Diuor
Vici.xxx.
Vicomagiſtri.xlviii.
Denuntiatores.ii.
Balineæ priuatæ.Lxiii.
Piſtrina.xx.
Regio in ambitu continet pedes.xxx.mil.d.

REGIO DECIMA.

Palatium
Vicus Curtarum
Vicus ſalutaris
Vicus Cliuuſq; diei
Aedis Iouis Satoris
Parta Bacchi ubi fuerunt ædes Vitruuii Fondani.
Ara febris
Aedis matris deum
Sicilia
Aedes Apollinis ubi lydoni pēdēt inſtar arboris mala ferentis
Ara Palatina
Domus Dionyſii
Domus Ciceronis
Velia
Fortuna reſpiciens
Victoria Germanica
Aedes Rhamnuſiæ
Domus Auguſtiana
Sedes Imperii Romani
Ad Mammeā hoc eſt ſtictæ Mammæ
Vici.vi.
Vicomagiſtri.xxiiii.
Denuntiatores duo
Domus.Lxxxviii.
Horrea. xlviii.
Balineæ priuatæ.xxxvi.
Vicus Padi
Vicus Fortunæ reſpicientis
Vicus Apollinis
Roma Quadrata
Caſa Romuli
Templum fidei
Domus Ceroniorum
Iouis Cœnatio
Bibliotheca
Aedes Iouis Victoris
Domus.Q. Catulli

Aedes Diouis
Curia uetus
Septizonium Seueri
Lupercal
Pẽtapylũ Iouis arbitratoris.
Domus Tyberiana
Auguratorium
Aediculæ Totidem
Curatores duo
Insulæ.ii.mil.dc.xliiii.
Lacus.xxx.
Pistrina.xx.
Regio in ambitu habet pedes.xii.Mil.dc.

REGIO VNDECIMA.

Circus Maximus
Circus maximus q capit loca.ccclxxxv.mil.
Portæ.xii.
Aedes ditis patris
Aedes Veneris Opus Fabii gurgitis.
Salinæ
Aedes Portunni
Ara maxima
Aedes Pompeii
Aedes Murtiæ
Forum Olitoriũ.In eo columna ẽ Lactaria, ad quã infãtes lacte alẽdi deeferũt.
Velabrum maius
Arcus Constantini
Aediculæ totidem
Curatores.ii.
Insulæ.ii.dc.
Balineæ priuatæ.xv.
Lacus.Lx.
Templum Mercurii
Aedes Cereris
Porta Trigemina
Apollo Cœlispex
Hercules Oliuarius
Aedes Cereris
Obelisci.ii.Iacet alter.alter erectus
Aedes Consi subterraneæ.
Velabrum minus
Vici.viii.
Vicomagistri.xxxii.
Denuntiatores.ii.

Domus.Lxxxviii.
Horrea.xvi.
Piſtrina.xii.
Regio in ambitu habet pedes.xi.mil. d.

R E G I O Duodecima
Piſcina publica
Vicus piſcinæ publicæ
Vicus Ceios
Vicus aquæ ſalientis
Vicus Fortunæ mammoſæ
Vicus Portæ Ruſcelanæ
Vicus Veneris Almæ
Vicus Dianæ
Vicus Triari
Vicus laci tecti
Vicus Colapeti Paſtoris
Vicus Portæ Neuiæ
Vicus Victoris
Area Radicana
Fortuna Mammoſa.
Aedis Bonæ Deæ Subſaxanæ.
Thermæ Antonini
Campus Lanatarius
Cohortes tres Vigilum
Priuata Hadriani
Aediculæ totidem
Curatores.ii.
Inſulæ.ii. mil. cccclxxxvi.
Balineæ priuatæ.xliiii.
Horrea.xx.
Horti Aſinani
Caput Viæ nouæ
Iſis Antenodoria
Donum Delphini
Septē domus parthorum.
Domus Chilonis
Domus Cornificii
Vici.xii.
Vicomagiſtri.xlviii.
Denuntiatores.ii.
Domus.C.xiiii.
Lacus.Lxxx.
Regio in ambitu hēt pedes xii.mil.

R E G I O Tertiadecima.
Auentinus
Vicus Frumentarius
Vicus Ceſeti
Vicus Laci Miliarii
Vicus triuni Artium

Vicus Loreti minoris
Vicus Columnæ ligneæ
Vicus mundiciei
Vicus fortunæ dubiæ
Templum Connæ Dianæ
Thermæ Siriacæ
Thermæ Varianæ
Priuata Traiani
Vicus Fidii
Vicus trium uiarum
Vicus Valerii
Vicus Capitis Canteri
Vicus nouus
Vicus Armiluſtri
Vicus Maceriarius
Vicus Loreti minoris
Armiluſtrum
Thermæ Decianæ
Templum Libertatis
Dolcenum ſiuè Dolocrū.
Remuria
Mappa Aurea
Horrea Galbæ
Scalæ Gemoniæ
Schola Caſſii.
Forum Piſtorium
Aediculæ totidem
Curatores.ii.
Inſulæ.ii.mil. ccccLxxxviii.
Balineæ priuatæ.Lxiiii.
Horrea.xxvi
Platanon
Horrea Amicei
Porticus Fabaria
Templū Iunonis Reginæ.
Vici.xvii.
Vicomagiſtri.Lxxiiii.
Denuntiatores.ii.
Domus.C.iii.
Lacus. Lxxviii.
Piſtrina.xx.
Regio in ambitu continet
pedes.xvi.mil.cc.

REGIO Quartadecima.
Tranſtyberis
Vicus longi Aquilæ
Vicus Quadrati
Vicus Rutiliani minoris.
Vicus Brutianus
Vicus ſtatuæ Valerianæ
Vicus Pauli
Vicus ſemipublici

Vicus Icei Reſtituti	Caſtra lecticariorum
Vicus Sergi	Aediculæ totidem
Vicus Viberini	Curatores.ii.
Naumachiæ.ii.	Inſulæ.iiii.mil.ccccv.
Vaticanus. Ianículum.	Balineæ priuatæ.Lxxxví.
Vicus Cenſori	Horrea.xxii.
Vicus Roſtrati	Balineum Priſcidianæ
Vicus Statuæ Títianæ	Statua ſiccina
Vicus Rutiliani maioris	Caput Gorgonis
Vicus Ianuclenſis	Area Septimiana
Vicus Larum Lucalium	Ianus Septímianus
Vicus Salutaris	Campus Brutianus
Vicus ſex.Lucei	Horti Getæ.
Vicus Patratili	Vici.xii.
Vicus Saufei	Vicomagiſtri.Lxxxviii
Vicus Ploti	Denuntiatores.ii.
Galanium. Corniſæ.	Domus.CL.
Horti Poinitii	Lacus.CLXXX.
Maniæ Sacellum	Piſtrina.xxií.
Balineum Ampelidis	Regio in ambitu habet pedes.xxxiiii.mil.ccccIxxxvi
Statua Valeriana	Senatula tria.unũ inter capitoliũ et forũ ubi magiſtratus delíberabãt. Alterũ ad portã Capenã. Tertiũ citrã ædem Bellonæ
Cohortes ſeptem uigilum.	
Templũ fortis Fortunæ.	
Thermæ Septímianæ	
Hercules Culearis	
Campus Codetanus	

in Circo Flaminio, ubi dabatur senatus legatis, quos i urbē admittere no lebāt. Quartū Senatulū matronarū i Quirinali.

Bibliothecæ. xxix. publicæ, ex his præcipuæ duæ Palatina et Vlpia.

Obelisci magni sex, duo in circo maximo. Maior est pedū. cxxxii. Minor ped. lxxxviii. et semis.

Vnus in Vaticano

Vnus in campo Martio pedes. Lxxii.

Duo in Mausoleo Augusti pares singuli ped. xlii. et semis

Obelisci priuati. xlii. In pleris q̄ sūt notæ Aegyptiorum.

PONtes Octo.

Muluius

Vaticanus

Fabricius

Palatinus. Aelius.

Ianuclensis

Cæstius

Aemilius q ante Sublicius.

CAMpi Octo.

Viminalis.

Exquilianus

Agrippæ

Martius

Codetanus

Brutianus

Peculiarius

Lannatarius

Vnus ultra Tyberim, cāpus uaticanus extra numerū.

FORa Sexdecim.

Romanū quod dicitur magnū Cæsaris Augusti.

Boarium

Transitorium

Molitorium

Pistorium

Traiani

Antenobardi

Suarium

Archemonium

Diocletiani

Gallorium
Rusticorum
Cupedinis
Piscarium
Salustii

BASILICAE.X.

Vlpia
Pauli
Nestini
Neturnii
Macidii
Martiana
Vescellaria
Flofelli
Siciminii
Constantiniana

THERMAE.XII.

Traiani
Titi
Agrippæ
Syriacæ
Commodianæ
Seuerianæ
Antonianæ
Alexandrinæ quæ Nero-nianæ.
Diocletianæ
Decianæ
Constantinianæ
Septimianæ
Iani per oēs regiones Incru-stati, et adornati signis duo p̄cipui ad arā fabia-nam superior Inferior.

AQVAE.XX.

Apia
Martia
Virgo
Claudia
Herculanea
Tepula
Damiata
Traiana
Anio
Halsia galisiena, quæ Augusta.
Cærulea
Iulia
Algentiana
Cinirtia
Sabatina

Aurelia
Septimiana
Seueriana
Antoniana
Alexandrina

VIAE XXIX.

Appia
Latina
Libicana
Campana
Prænestina
Tiburtina
Collatina
Nomentana quæ figulēsis.
Salaria
Flaminea
Aemilia
Claudia
Valeria
Ostiensis
Laurentina
Ardeatina
Setina
Quinctia
Gallicana
Triumphalis
Cornelia
Ciminia
Patinaria
Tiberina
Aurelia
Cassia
Portuensis
Gallia
Laticulensis

CAPITOLIA Duo
Vetus et Nouum

Amphitheatra duo
Colisei duo
Columnæ Coclides duæ
Macella duo
Theatra tria
Ludi Quinque
Nymphæa Vndecim
Equi ænei inaurati.xxii.
Equi eburnei.xciiii.
Tabulæ sine numero
Signa sine numero
Arcus marmorei.xxxvi.
Lupanaria.xxxxv.
Latrinæ publicæ.cxliiii.
Cohortes prætoriæ.x.

Cohortes Vrbanæ.iiii.
Cohortes Vigilum ſeptem
Excubatoria.xiii.
Vexila duo communia
Caſtra peregrina
Caſtra Miſenatium
Caſtra Tabellariorum
Caſtra Lecticariorum
Caſtra Victimariorum
Caſtra Salgamariorum
Caſtra Subitariorum
Caſtra eqtũ ſingulorũ duo
Mẽſæ Oleariæ.xxiiii.mil.ii.
NOMINA regionum ex prædictis excepta
Regio.i.Porta Capena
Regio.ii.Cœlimontium
Regio.iii.Iſis et Serapis
Regio.iiii.Templum Pacis
Regio.v. Exquilina
Regio.vi. Alta ſemita
Regio.vii.Via lata
Regio.viii.Forũ Romanũ.
Regio ix.Circus Flaminius
Regio.x.Palatium
Regio.xi.Circus Maximus
Regio.xii.Piſcina publica.
Regio.xiii.Auentinus
Regio.xiiii.Tranſtyberis
PORTARVM nomina
Fluĕtana nũc.S.Maria po/ſpuli
Pinciana.Salaria
Viminalis nũc . S. Agnes.
Exquilina atq; Tyburtina ſancti Laurentii
Neuia Porta ſanctæ Mariæ maioris
Aſinaria ſancti Ioannis
Capena Accia dicitur
Hoſtiẽſis nũc ſancti Pauli.
Aurelia nũc ſancti Pãcratii
Triũphalis.inter hoſpitale Sancti Spiritus et baſilicã beati Petri
Pertuſa.Viridaria.Angeli.
Aenea
MONTIVM nomina.
Capitolinus uel Tarpeius.
Auentinus.Palatinus
Cœlius.Exquilinus.Vimi/nalis et Quirinalis.

FINIS.

DESCRIPTIO VRBIS ROMAE PER R. VOLATERRANVM

Atium Antiquũ a Tyberi uſq; Circeios erat.
Deinde uſq; ad Lirim protractũ Plinio. horum caput Roma, teſte Dionyſio, Siculi gens indigena prius tenuere. Ante hos nulla memoria. Deinde Aborigines Siculis pulſis lõgo bello: qui in mõtib. prius habitauere ſine muris uicatim. Venere poſtea Pelaſgi, et alii Græci, qui auxilio aboriginibus fuere et ſubiugandis finitimis et ædificandis urbibus a Tyberi uſq; ad Lirim. uocatiq; Aborigines uſq; ad bellũ Troianũ. Sub Latino autẽ Rege Latini, poſtremo a Romulo Romani. Aborigines enim ipſos alii indigenas fuiſſe, ac nominis cauſam ex montium habitatione traxiſſe. Nonnulli uero gẽtem uagã et ſine laribus. Cato et Sẽpronius græcos eos dicũt ex Achaia ortos ciuitate. Sed uerior ſermo habet ex Arcadia aduectos duce Oenotrio Lycaonis filio multos ante bellum Troianum annos cum Peucetio ſocio. hæc ex Dionyſio. Trogus autem libro. xlvii. ſic ait. Cultores Italiæ primi Aborigines fuere, quorum Rex Saturnus iuſtitia præditus fuit, ut nihil ſub illo qſq̃ priuatæ rei habuerit, ob cuius exempli memoriã cautum eſt ut in Saturnalibus ex æquali omnium iure paſſim in cõuiuiis ſerui cum dominis recumbĩt. Itaq; Italia Regis noĩe Saturnia appellata, et mons ubi habitauit Saturnius

in quo nūc ueluti a Ioue pulso sedibus suis Saturno, Capitoliū est. Post hūc regnasse Faunū ferūt, sub quo Euāder ab Arcadiæ Vrbe Pallantæo in Italiā uenit, cui Faunus montem, quem ille Pallantæum, postea de nomine patriæ uocauit, concessit, In huius radicibus templū Lyceo, quem græci Pana, Romani Lupercal uocant, cōstituit. Hæc Trogus. Liuius itē Herculē, dicit paucis post annis deuicto Geryone cum bobus huc concessisse, exceptumqꝫ ab Euādro, et Aram ei maximam sub radicibus Auētini positā: Virgilius quoqꝫ in octauo pulcherrime hanc originem repetit.

Hæc nemora Indigenæ Fauni, nymphæqꝫ tenebant, cū his quæ sequuntur. De nomine aūt ipsius Vrbis Festus hæc scribit. Cephalus Gergitius, qui de aduentu Aeneæ in Italiam scripsit, ait Romā a Comite quodā Aeneæ in monte Palatino ædificatā simul et noīatā. Apollodorus a Romo filio Aeneæ et Lauiniæ. Areius qui scripsit res Cumanas e Sicyone huc ob inopiam domiciliorū delatos quosdam a multo errore Aborigines uocatos, montemqꝫ Palatinū, in quo cōsederunt. a robore suorū et uiribus Valentiā appellasse, quod nomen postea ab Euandro adueniente græce appellatū ῥώμην, Agatho mycenarum historiæ scriptor Aeneā ex uaticinio Heleni in Italiam cum Roma ex Ascanio nepte Vrbem de illius nomine condidisse. Gelius post obitum Aeneæ imperium Italiæ peruenisse ad Latinum Telemachi, Circesqꝫ fi-

lium, et ex Roma filios suscepisse Romumq; et Remū, urbemq; in palatio conditam ex Romi nomine uocasse. Liuius et pleriq; alii hos duos ex Ilia uestali et Marte natos a Numitore auo expositos, et ab Acca Laurētia Faustuli uxore nutritos Lupæ nomine, quod meretrix esset, alterum Romulum ex auspicio uiso.xii.uulturū urbi nomen dedisse. Hæc de Romæ origine apud ueterres comperta. Ipsius Natalem quo Palilia Romulus celebrauit: Ouidius.xii. kal. Maii, tradere uidetur. nonnulli.xi. dicunt. Quo Horoscopo sane incertum cum alii alios ponant. Ante salutem annos fere. Dcc. Post Ilium captum cccxxxiii. Olympiade.vii.ut ait Dionysius.

Tribus in ea.xxxv. Pedianus fuisse scribit a tributo, ut inqt: dando, uel qđ tres tātū a principio fuerint. Tatiēsis a Tatio. Ramnes a romulo. Luceres a Lucumone aut luco', quē Asylū Romulus appellauit. Tribuū aūt noīa ex uariis auctoribus collecta huiuscemodi sunt. Romilia. Tatiēsis. Suburana. Palatina. Exquilina. Collina. Claudia. Lemonia. Pontia. Crustumena. Scaptia. Stellatina. Sabatina. Tomenina. Armēsis. Papyria. Pupina. Popilla. Pollia. Galleria. Falera. Veturia. Aemilia. Cornelia. Vfentina. Mentina. Pontina Publicia. Anthesis. Velina. Aniēsis. Terētina. Volicinia. Mecia. Faucia. Quas Plutarchus nomina sabinarum nuptarum dicit fuisse. Apud alios tamen auctores diuersas ob causas.

Vrbis REGiones.xiiii.fuisse ex inscriptione, quæ pro

ædibus hodie. Capitoli cernitur, palam est, quam mihi ponere uisum est.

IMP. CAEsari Diui TRaiani Parthici filio Diui Nervæ Nepoti Traiano Hadriano Aug. Pont. Max. Trib. Pot. xx. Imp. ii. Cos. iii. PP.

Magistri uicorum Vrbis regionum. xiiii.

His ego monstratiunculas nonnullas ex antiquariorum opinione subiciam, nõ tam ut multis, præsertim eruditis incognitas, q̃ ut omnibus uel peregrinis cognoscendas: ne princeps terrarum ciuitas per indiligentiam minime degustetur. Plinius libro. iii. Spatium Vrbis a milliario ad singulas portas, quæ tunc erãt, Milliaria dicit esse per directum fere. xxx. Ad extrema uero tectorum cũ castris prætoriis ab eodẽ milliario per uicos omniũ uiarũ paulo amplius. Lxx. Compita item Larium regionũ omniũ cclxv. existere. Quin et ausus ipse tectorũ altitudinem in spatio computare. Erat autem milliarium signũ in fori Ro. capite unde principiũ itineris ad oẽs portas, omneq; iter capiebatur. Vrbis circuitus sub Valeriano, qui mœnia restituit, fuit teste Spartiano Milliaria. L. Quod sane uerisimile nõ uidetur, nisi ex Iuriscõsulti sentẽtia iudicabimus, qui Romã aliam ab Vrbe facit, urbẽ tantũ intra mœnia esse. Romam uero sacrũ etiã pomœriũ, suburbanaq; comprehẽdere. Nã ab Ocricoli ponte usq; ad mœnia, uia plana a dificiis erat. Itaq; peregrini se tunc urbẽ ingredi putabãt, ut accidit Cõstantio principi teste Mar

cellino. Cũ primũ Romã cũ Ormiſda uenit, et ubi me/
dium eſſet Vrbis percunctatus. Romulus ab initio Pala/
tium tribus tantũ cinxerat portis. Mugonia ab animaliũ
mugitu inde exeũtiũ. Carmẽtali ab Euandri matre, quæ
poſtea ſcelerata ob egreſſos. cccvi. Fabios uocata. Et Pã-
dana ſeu libera, quæ in Aſylũ tendebat, qđ augẽdæ urbis
gratia criminoſorũ refugium inſtituerat. Liuius ſcribit
xxxvii. fuiſſe: puto ueteres cõnumerando, quæ intra au-
ctam reſtiterant urbẽ. Quæ uero nunc apparent Flumẽ/
tana populi porta ex antiqua Flumentana: quæ ignora/
tur. Nam ipſius Liuii tempore qui illius meminit, popu/
li porta nõ erat, cũ mœnia collinam non excederet. Hic
igitur nefandi Neronis ſepulchrũ templo diuæ genetri/
cis ceſſit. Et uia Flaminia, inter quam et ripam Tyberis,
nũc quoq; ueſtigia Auguſti ſepulchri cõſpicimus, quę
Hadrianus æmulatus e regione ſimile i Vaticano excita/
uit. Porta Collatina, quæ Collatiam Sabinorũ opidum
ducebat: dicta etiã Procopio Pinciana a Pincio Senato/
re, Vnde Gothorũ olim irruptio, Mons Pincius, collis
dicebatur hortulorũ qđ pars inferior humida ortis accõ/
moda exiſteret. Deinde Salaria a ſale in Sabinos expor/
tando, ſeu Quirinalis a Quirini ſacello, eadẽ et Collina
a colle Quirinali, qui et Tricepſis, Quinquecepſis Var/
roni ex capitum et colliũ numero dicitur. Feſto autem
et Agonius quaſi ſine angulis eſſet, ex quo ueriſimile cir
cum deinde Flaminium Agoniũ poſteros appellaſſe qđ

modo Circi maximi angulis ex omni parte careret, quãq̃ apud Varronẽ Aegonius scribit mẽdose. Vsq; ad portã Collinam mœnia fuerant, quæ illi usq; ad pontem milui um prorogare cogitarunt. Verum Aruspices prohibuere quod intra urbem nec habere comicia, nec legere milites pro exercitu liceret. Deinde Viminalis seu sanctæ Agnes a uiminũ multitudine. NAEuia seu Porta Maior Exquilina seu Tiburtina, seu Sãcti Laurẽtii. Cœliomõtana nunc clausa prope sanctum Stephanum rotũdum. Asinaria seu sancti Ioannis latina antiquitus non nominata, sed tantum uia. Capena seu sancti Sebastiani ubi Appia uia. Trigemina sancti Pauli existimatur, quomodo tamẽ haud satis scio, cũ Liuio teste horatii q cũ Curiatiis pugnauerũt porta Trigemina sint egressi: quo tpe nõ erat hæc ps auẽtini, nisi forte ex uetere porta huic idi tũ nomẽ. Aurelia seu. S. Pãcratii portuẽsis et Vaticana satis notæ. Septimiana ẽt trãstiberim, ubi Septimii Seueri iscriptio anteq̃ ab Alexãdro reficeret, legebat. Triũphalis cum ponte e regione sancti Spiritus interiit, quãq̃ de hac diuersæ sententiæ.

Pontes.

POntes primum Insulæ Fabricius et Cestius: quorum alterũ Valentiani et Gratiani, alterum Lepidi. et. M. Caninii nomine restitutũ inscriptio adhuc indicat. Sublicius ab Anco Martio postea Lapideus ab Aemilio factus Aemilius est dictus, atq; is est cuius extant fundamenta ad eam pertinentia ripã, ubi nũc naualia sunt. Aurelius

qui et Xystus postea ab auctore restituēdi dictus. Aelius ab Hadriano apud eius molē. Vaticanus seu Ianiculēsis prope Sanctum Spiritum, iam desiit. Sunt qui diuersos esse dicunt. Miluius ab omnibus cognitus. Palatinus seu sanctæ Mariæ, qui in Palatium ducit. Extra urbem uero MAMeus a matre Alexandri Imp. instauratus, quem Antoninus pius fecerat. Nomentanus quo itur Nomētum a Narsete factus ut eius carmine indicatur.

AQVAE ex Iulio Frontino dicendæ, qui aquarū curæ a Nerua delegatus fuit. Igit noueē ab eo ponunt. Appia post indiciū samnitici belli inducta ab Appio Claudio Censore qui et uiam Appiam a Porta Capena Capuam usq; strauit. Cōcipit in agro Lucullano, qui nūc Tusculanus putat, Via Prænestina. Anienē ueterē. M. Curtius censor Cum. L. Papirio annis. xl. post Appiam perducēdam de manubiis e Pyrrho captis curauit. Cōcipitur supra Tibur. xx. mill. extra portam Ro. MArtia a. L. Martio Rege in Capitolium perducta, concipitur uia Valeria ad mill. xxx. prope Sublacum, quam ait suo tempore Frontinus in Auentinū a Traiano perductā, Traianā fuisse dictam, ut etiam effossum nuper marmor, quod nos uidimus, indicat. TEpula, quam ex agro Lucullano, Seruilius Cepio, et. P. Cassius Longinus Censor in Capitolium perducēdam curauerunt. IVLiam. M. Agrippa ab inuentore uocat, introduxit ex Tepula uia subterranea, supra terram uero fictili structione, opere arcuato.

Idem Virginē ex Lucullano perduxit ſic appellatam qđ quærētibus aquam puella uirgo uenas ignotas monſtra/uit. Cōcipitur uia Latina mill. viii. in locis paluſtribus. CLaudia, quam Caius princeps introduxit ex fontibus Curtio et Ceruleo mill. xlvi. uia ſublacenſi. Claudius ab/ſoluit opere arcuato. Titus deinde reſtituit: ut ex inſcri/ptione adhuc portæ maioris apparet. Huius ueſtigia ma xime comparent tranſeūt per Cœliū formæ nūc et olim appellatæ. ANio nouus hic ex fonte purior q̄ uetus de/ductus. Ambo uero ſimul et Claudia ī urbē cōfundebā/tur. Duæ regioni ſeruiebant tranſtyberinæ, quarum una Alſietina uia Claudia mill. xiiii. lacu Alſietino concepta ob frigiditatē minus ſalubris, quæ ab Auguſto fuit in/troducta. Altera Sabatina e ſtagnis ſabatiis poſt Fronti/num memorata. De utriſq; quid ſentirem ſupra narraui. Harū quoq; hodie uiſunt̄ ueſtigia formæ unius extra Portam Brancharii, quāSabatinam putauerim. Alterius apud. S. Spūm. Almo is exiſtimatur, qui apud Portam Capenam in urbem uſq; ad Circum Max. nūc profluit, ex quo Iuuenalis. Madidamq; Capenā. ALTA ſemita regio et uia a Thermis Conſtātini uſq; ad Portā Vimi/nalē. VIA lata regio, et uia ſatis monſtrat̄ ex æde nūc. S. M. in uia lata. Via triūphalis citra Celſi templū, e cuius regione pons erat, rectā p Floræ nūc campū uſq; ad Ve/labrum. Carinæ apud Petri uincula unde et auguria ca/ptabant̄. Piſcina publica regio et uia circa Xyſti templū

et thermas Antonianas. Vaticanũ, ut ait Varro, a uatum ibi reſpõſis, ſeu quod deus Vaticanus, qui puerorũ uagitibus præerat. ibi coleret.

FORA.

Romanum imprimis ab arcu nũc Seueri ad tris nũc extantes colũnas pertinẽs contra Coſmũ et Da. apud quas equeſtris Domitiani ſtatua Statiana fuerat. Hoc forum Cæſar, Dein Auguſtus, teſte Trãquilo, ampliarũt, ex quo Mar. ait. Atq; erit in triplici par mihi nemo foro. Neruæ idẽ et tranſitoriũ quod ad Traiani inde ad alia fora trãſibant, quod ne ſpatio fraudaret pars Quirinalis ẽ exciſa. Huius adhuc extant ueſtigia. Boariũ apud ſanctũ Georgiũ ex arcus uicini inſcriptione, qđ ibi bouis eſſet ſtatua. Ouidius. Area quæ poſito de boue nomen habet. Erat et piſcarium haud longe a boario, ut ait Varro, ruſticorum et Cupedinis et olitorium, et piſtoriũ iuxta ædẽ Veſtæ. Cãpus Martius qui Tarquinii fuit ager quod extra urbem eſſet in confeſſo apud omnes. Quamobrem et Pãtheon et Circus Flaminius extra fuerant. Columnæ cochleæ duæ, altera Traiani, ubi depictũ bellum dacicum, cui apud Parthos res gerẽti dedicata fuit a ſenatu. Altera Antonini Pii in reg. columnæ: cuius egeſtio fundamẽti uti quorundã opinio: uicinum fecit montẽ, qui accepto rius dicitur. Quidam antiquiorem faciũt, citatorumq; prius dictum, quo citatæ ad comicia tribus ſe recipebant.

De Thermis.

THERmæ Diocletianæ notæ. Conſtantinianæ apud equos Tiridatis. ALExandrinæ quæ antea Neronianæ fuerāt apud. S. Euſtathiū. Agrippinæ apud Pantheon. Titi poſt. S. Martinū, dicunturq; hodie Capoces quaſi Capaces aquarum. Apud has hoc anno. MDVI. Felix Romanus Ciuis dum arcum diu obſtructum in uinea ſua recluderet, Laocaoon Virgilianum cum duobus filiis inuenit a Plinio libro. xxxvi. Cap. v. his uerbis memoratum. Laocoon in Titi Imp. domo, opus omnibus et picturæ et ſtatuariæ artis præponendum, ex uno lapide eum, et liberos, draconumq; mirabiles nexus de cōſilii ſententia fecere ſummi artifices Ageſander, Polydorus, et Athenodorus Rhodii. Viſum igitur noſtris par opus famæ, quapropter Pontificis iuſſu in ædes Vaticanas traductum.

Thermæ Domitianæ apud Silueſtri. Nouatianæ apud Pudētianæ. Gordianæ Euſebi. Olympiades apud Paniſpernæ Templa. Varianæ autem, et Syrianæ et Decianæ in Auentino.

De Templis.

Templa etiā quædā deprehēdimus Aeſculapi inter inſulæ pōtes, quod. S. Ioānis. Ex altera parte Iouis, quod. S. Bartholomæo nūc dicata uidemus, nec alia ueſtigia apparent. Ouid. Iūctaq; ſunt magno templa nepotis auo. Ipſam uero inſulā teſte Liuio aggeres, frugeſq; i eū locū cōſtipatæ fecerūt, quæ ex agro Tarquinii in Tyberim

deiecto cōuenerūt. Herculis apud scholā græcā sub Auē
tino ubi ærea statua mea ætate reperta, quæ i ædibus cō-
seruatorū uisitur. Aedē Herculis rotūdi ad Forū boariū
Liuio, quæ nūc sancti Stephani rotūdi iuxta Tyberim,
satis habet argumēti esse: propeq; ædiculā pudicitiæ itē
scorta et Oenopolia, nūc Sanctæ Mariæ Aegyptiacæ di-
catā. Veneris Erycinæ extra portā Collinā ex uersu Oui
diano, Tēpla frequētari collinæ ꝓxima portæ. Nūc in-
ter uepres monimēta quædā apparēt. hic teste Liuio Lu
di quādoq; facti Tiberi circūflua inundante. Aliud itē
ueneris apud circū maximū Solis ab Aureliano conditi
quidā existimant eas esse ruinas quæ supra Columnēsiū
ædes apparent Apollinis et Martis ubi febris sacellum in
Vaticano Martis itē extra Portā Capenā ad tertiū lapi
dē bello Gallico Camillo uotū, iuxta quod lapis mana-
lis uocatus cōsistebat, quo per siccitates in urbem relato
pluuia statim manabat. Hodie Sanctæ Mariæ Prunetæ
imago si quādo Florentiā trāsfertur, idē sed cultu efficit
ueriore. Martis ultoris supra memoraui Neptūni in ripa
Tiberis id esse opinabant unde his annis proximis ꝓpe
Sanctum Blasium ingentes lapides sunt effossi Dianæ
ubi prisca in Auentino Iouis ultoris, quod et Pantheon
notissimum, Capitolini supra narratur. Flore in Quiri
nali post Sanctam Susannam ex Martialis carmine.
Qua uidet antiquū proxima Flora Iouē. Nā Capitoliū
uetus et prope. S. Susannam cernitur, ubi descenderis.

E regione uero horti Saluſtiani, Templum Caſtoris et Pollucis, nunc Coſmi et Damiani ex Ouidi carmine. Fratribus illa die fratres de gente deorum circa Iuturnæ conſtituere lacus. Hic lacus prope, S. Georgium in ſpecis conſpicitur. Hi fratres Tiberius et Druſus fuere, qui Templum quod Poſthumius bello latino uouit, et filius dicauit: illi reſtituerũt. Concordiæ, quod Mãlius prætor in Gallia uouit in arce dicatum. Alterũ Flauius ſcriba in area Vulcani. Tertium Liuia conſtruxit ob uiri cũ ea cõcordiam. Idq; putatur, quod in ortis ſanctæ Mariæ nouæ conſpicitur. TEmplum pacis iam notiſſimũ. Arã pacis prius fecerat Auguſtus, quam auxit Agrippina. Iani apud ſanctum Georgium quadrata, nunc ruina. Ouidius. Cum tot ſint Iani cur ſtas ſacratus in uno hic ubi templa foris iũcta duobus habes? TEMPlũ bonæ deæ a Claudia ueſtali in Auentino, deinde a Liuia reſtitutũ, Saturni in foro ut deſcribit a Macrobio ubi ærariũ erat id exiſtimamus coniecturis quod ſub capitolio Hadriano martyri poſtea dicatum cernimus. Iunonis Monetæ ubi ædes Senatoris, et olim domus Manli. Vbi autẽ Locus damnatorum Iupiter Tonans. Vbi ara cœli arx fuerat ex cõiectura altioris, loci, et ſubterranei, quẽ nos uidimus poſt arcem. Buſta Gallorum qui Liuio teſte in obſidione Capitoli peſte abſumpti ibi cremabantur. Iuxta uiſitur Iupiter Panarius ſiue piſtorius ingẽti ſtatua nũc dubitans memoria iactorũ panũ a Manlio opinionẽ co-

piæ facientium. In Capitolio ciuiũ nullus post Mãlium damnatum habitabat. Ter aũt flãgrauit. Ad id gradibus sicuti nõc ascẽdebat. Carcer Tullianũ uocatus, apud. S. Nicolaũ. Eruditioribus tamẽ hic carcer Claudii triũ, uiri seu lathomiæ sunt, ubi. S. Petrus sub Capitolio ex ĩdicio, quod teste Varrone Tullus hostilius hũc foro Romano imminentẽ conddit. TEMplum Vestæ rotundum in/ star pilæ quod Vesta terrã significet Ouidio teste. Numa intra palatium et Capitoliũ dedicauit, q̃d et Cicero indi cat. Lucus inq̃t Vestæ ad radices palatii deuexus in uiam nouã. nũc. S. M. liberatrix, ubi plurima uestalium sepul/ chra uidemus eruta. Nã in ea parte uia noua multis uiæ sacræ coniũgit, Templum Faustinæ et Antonini appa/ ret ex ĩscriptione prope Cosmũ et Da. libertatis in Auẽ tino ex mulctatitia pecunia a. Ti. Sẽpronio Gracho gra cotũ auo. MATVtæ a Seruio Tullio inforo. Deinde a Camillo refectũ. FORtunæ uirilis ubi nudæ uirgines in spiciban̄t. Ouidius. Vtq; tegat, celerꝗ uiros, fortuna uiri lis Prestat. AMPHitheatra duo primũ Titi notissimũ fontes habebat duos ad recreandũ æstu laborantẽ turbã. Alterius sane fontis nũc in uia inter amphitheatrum et arcũ Constantini supersunt uestigia. Vidiq; ego iam ue tus nomisma habens a tergo ampithebatrũ cum his fon tibus. ALTerũ Tauri Statilii ex ortis Cænobii. S. Cru/ cis ostenditur, THEAtra tria. Pompeii apud ædes Vr/ sinorum ĩn floræ cãpo, ubi stabula sunt equorũ, aperte

nũc cernit, quapropter nõ temere fortasse posteritas hũc locũ de ipsius amicæ Floræ noĩe appellauit. MARcelli a Cæsare cœptũ ubi Sabellorum ædes. BAlbi ignoratur. BIBLiothecæ. xxiiii. Sed præcipuæ Palatina et Vlpia. OBElisci sex, potissimi in Circo Max. duo quorũ unus adhuc monstratur obrutus. In campo Martio unus, qui horas ostendebat. In Vaticano adhuc incolumis Augusto et Tiberio dicatus ut ex inscriptione apparet. Hic omnino teste Plinio ĩ sui molitione effractus est. Nauis quæ eum ex ægypto iussu Augusti aduexerat in portus constructione submersa est. et Arbor quatuor complectentium ulnis crassitudine fuit. In Mausoleo item Augusti duo alti singuli ped. xlii.

ARCus etiã plures, ex quibus tantũ apparẽt Titi, Constantini, Seueri, Galieni ad. S. Vitum, et Domitiani qua itur per Flaminiam ad populi ædem.

CIRci quatuor ostẽdũt, Flaminius et Maximus, et apud tabernas, obscuras, appellatas, ubi funes torquent. Quartus apud sanctũ Sebastianũ ob prætorianorum exercitationem conditus uti putatur.

NAumachiæ quinq;, ex quibus una Domitiani monstratur e regione arcus eius, inter uinearum caua dextrorsus euntibus ad ædem populi.

Curiæ siue senacula quatuor traduntur Pompeii prope theatrum ipsius. Alia in Capitolio ea esse conuicitur ubi adhuc columnarũ inscriptio uisitur. S. P. Q. R. incẽdio

consumptum restituit. Hostilia cum regia Tulli ubi. S. Ioannis et Pauli ædes. Vetus apud Petri uincula. Nã et Curiæ sicut pleraq; publica opera dedicabantur: non tamen omnia dedicata sacra.

Exquiliæ ubi. S. Maria maior prius ad præsepe dicta ab excubiis Seruii Tulli qui ibi Habitauit.

Armilustrũ id putauerim spatii quod in testatia nunc est. Nam in regione Auentini ponitur nec sane aptior locus recensendis armis: ac militibus ostenditur. Fuere et in eodem fornaces.

Argiletũ et ficus ruminalis iuxta ambo sub palatii parte ab latere. S. Georgii apud etiã templũ VElabrũ fuerat. Lupercal ex alia itẽ parte supradicti mõtis quæ Septizoniũ spectat Seueri Imp. opus sepulchri gratia cõditum. Tiburis locus adhuc durat ubi Martialis domus ex eius indicio carminis.

Insuper ut Cloacis aqua subterlabẽte urbs pene tota pẽsilis erat ut ex lib. iii. epist. Cassiodori coniicimus inter quas Cloaca maxima teste Liuio a Tarquinio prisco facta quæ adhuc mõstrať e tabernis quadã iudæorũ platea et in ripa Tiberis. Id aũt ædifici quod apud Angeli templũ cerniť ædes apparet restituta a Seuero et Antonino filio ut ex inscriptione cerniť. Nõnullorum etiam priuata deprehenduntur.

Domus Neroniana teste Tacito incipiebat inter Cœliũ et Palatinũ circa fere arcũ Cõstãtini tẽdebatq; i exqlias.

Domus Cæsariana ubi Liuia porticus, postea templum Pacis. Ouidius. Disce tamen ueniens ætas, ubi Liuia nunc est Porticus, ingentis tecta fuisse domus. Tranquillus uero ait. Templum Pacis ubi Liuiæ quondam Porticus. Domus Ciceronis in palatio iuxta forum in eadem parte. Velia est a uellendis olim pecoribus: attondendisq; gregibus in eo loco, ut ait Varro, ubi et ædes po blicolæ dirutæ.

Turris Mæcenatiana cum ortis unde. Nero spectauit incendium inter Thermas diocletianas et basilicam sanctæ Mariæ Maioris loco eminentiore. Priuata Traiani idest ædes cum Thermis in Auētino teste. P. Victore. ea nūc apparent, quæ in uinea nostra compræhenduntur. Nam eo usq; aqua item Traiana deducebatur. ut ex marmore literis repertis cōspeximus. Hic enim Marius frater uetustatis curiosissimus alta effossa tellure Cameras. lithostrata, solia balnearum, latissimasq; repperit habitatōnes. Prata Mutia et Quinctia trās tiberim, quorum altea pra ta uidemus appellari. Altera Quinctia. quæ. Q. Cincina tus arabat contra ubi tunc uaualia erāt. Liuius dicit esse. Naualia autem ipsa nunc ripam uocamus. In cœlio præter aquarum formas AEDES LAteranorū, propeq; æreā statuā pacificatoris. M. ANTonini uidemus. Nymphea in urbe: xi. erāt enim loca princpū uirorū amœna aquis inductis. Mutatoria item magnorum priuatæ domus ad seccessum et delitias. BASilicæ etiam plures quo

se reciperent diuersi litigantes. In VRBE tota ædiculæ cccxxxix. Domus. Mxxxxcvi. Insulæ. xlvi. M. Dcii. Vici cxx. Vicomagistri. Dclxxiiii. Curatores uiarũ. xxix. offi-ciorũ Pistoriæ. ccliiii. Cohortes prætoriæ. x. Vrbanæ. iiii. Vigilum. vi. Mensæ oleariæ Duo Mil. ccc. Castra equitũ singulariorũ, peregrinorũ, Misenatiũ, Rauẽnatiũ, Tabel lariorũ, lecticariorũ, Victimariorũ, Silicariorũ. Prætoria na ubi nũc caput bouis in uia Appia a Tiberio ibi præ-sidio dicata, primusq; tyrannicũ morẽ exercuit. Domus hic etiam maioris ædificii ac magnorum uirorum notan tur. Reliquæ insulæ. Templum siue ædem cum erat inco lumis, cum uero semidiruta aut obsoleta, aream dicebãt. Cœmiteria sacra Priscillæ ĩ uia Salaria apud. S. Siluestrũ. Prætextati in uia Appia apud. S. Ianuariũ. Catecumbæ apud. S. Xystũ. Domitillæ in uia Ardeatina apd. S. Pe-tronillã. Ad duas laurus in uia Labicana. BALbiæ item in uia Ardeatina. Calapodii in uia Ardeatina apud san-ctũ Callistũ. ad Vrsum pileatũ apud. S. Bibianã. Cõmo dillæ in uia Ostiẽse. Trasonis in uia Salaria. Apud. San. Saturninum In cliuũ Cucumeris. Apud. S. Ioannẽ Ba sillæ ĩ uia Salaria. Ad Insalatas in uia Portuẽsi. Apud. S. Felicẽ. Basilica in uia Ardeatina. De Cæteris uero religio sis locis, quæ imprimis cõmemorare fas erat, iter põtifices mihi dicetur. Reliqua item profana curiosorum scholæ diligentius perscrutãda relinquo cum prisca urbis facies nulli satis dignoscatur tot passæ barbarorum iniurias.

Finis.

AD EVNDEM .R. IOANNEM MATTHAEVM.

i Am Lassuli digiti ferias optabāt, cum Amori: qui perrumpit omnes difficultates, nihil factū uidetur. Nulla enim lassitudo impedire officiū et fidem debet. Putauimus et tibi fore nō iniucundū posterisq; qui per te legent, non inutile, colligere et quasi recognoscere ciuitates Italiæ, necnō loca, quibus nominibus olim uocabantur, et quibus irruentibus efferis nationibus, post adulterinis.i.barbaris decolorata ordeant. Cumq; mille sexaginta sex sint ciuitates Italiæ, ut nonnullis placuit, septingentæ ut Iginius, Stilus curiæ Romanæ sexaginta quatuor recenset: Vix uni aut alteri sua facies, suum nomen hæret, tantū potest abolere uetustas, et mori saxa, nomina, Titulos cogere. Sed iam uale: ac felix pellege, Piumq; per æs ac libram tuū complectare, diligas, in tuis habeas.

Ciuitates Italiae 1066

Ex Flauio.

LIGVRIA.

Ab Liguria patriaq; tua Vir lectissime Plinium secuti texendum hoc opus duximus.

Liguria a Varro Flumine ad Macræ amnis hostia longitudinem habet, et hinc Appenino, inde mari infero

clauditur, qui ratione pars inferi maris adiacens a Varro ad Macram dicitur Ligusticũ pelagus. populi eius prouinciæ Ligures. Hi obstinatius iugum Romanorũ recusarunt, et illis animose aduersati fuere auctore Liuio. tãdem ductu posthumi exarmati sunt. Genua regina Regni Ligustici, ab aliis dicta putat a Genuo Phaethontis socio. Alii de Iano fabulantur. Sunt qui a gena membro capitis ducunt. Ego uero a genio: et geniali situ dictã reor. Nihil etenĩ genialius et amœnius, siue uestitius hac ora excogitari potest, ubi semper uernat aut autũnat. Nusq̃ delitiæ supiniores. Huius mentio prima fit a Liuio libr. xxi. Diruit Mago Frater Annibalis. Liuius Lucretio prorogatum imperium scribit, ut Genuam opidum a Magone pene destructum exædificaret. Genua anno a Lucretii instauratione plus minus septingentesimo, et salutis christianæ sexcentesimo atq; sexagesimo, Rothoris Longobardorum rex Romanis, quorum imperio semper antea subiecta fuerat, abstulit. Mox cũ sæuiter a Longobardis regeretur, ad Carolum Magnum Imperatorẽ Pipini filiũ defecit, præfectiq; sunt duces, qui comites dicebãtur. Saraceni pœnis sibi subiectis immisti anno Christi nongẽtesimo et trigesimo quinto Stephani septimi pont. Ro. Temporibus Genuam cœperunt, spoliaruntq;, et quod raro alibi est auditum, omnibus mortalibus, qui cædi superfuerãt populariter asportatis, muros urbis omni humano habitatore uacuos relique-

runt. Scribit tamē Andreas Dandulus Venetorum dux Francisci Petrarchæ amicitia clarus impuberes oēs breui genuam fuisse reuectos. estq; eius testimonium eo locupletius, quod Veneti, Genuenses q; magna semper æmulatione contendere soliti, per Danduli ducatus tempora graui ac periculosissimo utrisq; bello conflictati sunt. A quadringentis uero annis maximū Genua habuit incrementum, quæ uires nacta ingentes terra, sed mari longe maiores Liguriæ cui Imperat nomen obscurauit, ut quæ pars ī Varrū.amnē exposita occidētem spectat solē: riperia occidentalis, quæ ad Macram pertinens in orientē est uersa, dicat riperia genuæ orientalis. Insuper Corsicam. Cyprum, Asiam, Thraciā, Scythiam, deductis colonis ac suis uictoriis illustrauit, et negocio q̄ otio felicior, nunc illis terrori est, quorum insidiis prius, et crudelitate bis concidit.

Aternum opidum Liguriæ nunc Piscaria uocatur.

Portus monœci nūc Villa frāca. Posthæc Monicus portus:ut Ptolemæo placet, nunc Monachus.

Imminet Monacho castellum nunc ignobile sola uiarū asperitate notissimum passus prope duo milia a mari recedens Torbia appellatū, quod Iacobus Bracellus uir eloquens et doctus, Trophea Augusti a priscis appellatum fuisse affirmat, quæ fuit Patria Helii pertinacis Imperatoris Romani.

Abintimilium ciuitas, nunc Vintimilium.

Opidum Dianæ nunc Dianum.

Abingaunum urbs opibus ac uetustate nobilis, nūc Albinga Proculo Imperatore Romano Alumno et Ciue ornata.

Sauonam Liuius nominauit sicut nostra facit ætas. Plinius Sabbatium. Pomponius mella Sabbatiam.

Liguria habuit olim latissimos terminos, quippe cū Pisas in liguribus conditas Trogus scripserit.

Genua habuit ad quadraginta Cardinales.

Genuæ latus orientale Ferior amnis præterfluit, quem nunc Bisamnem appellant.

Delphini portum, nunc portum finum uocant.

Proxime Clauarum opidū nouum Entella Fluuius mare illabi ē, quem aliquando Laboniam dictum nunc Lauaniam appellant.

A Lauanio Vico originem traxere Fiscorum familia Lauaniæ comitū nobilissima, Pontificibus et Cardinalibus Romanis ornata.

Sigestæ Tiguliorum uico, quod Sigestrum uocant contermina est Monilia, quos duos colles uitiferos, Moneliā nunc appellant.

Vulnetia Castellum uulgo Vernatia appellatum.

Vina Lunēsia, quæ Plinius plurimum laudat, nunc Vernatiæ dicuntur, et hæc festinanti satis de ciuitate, de qua numquam satis.

De Origine et gestis Venetorum.

Anno conditæ urbis Venetæ Quinto Vigesimo et trecentesimo, Iustiniani Secundi Imperatoris Costantinopolitani temporibus. Gregorio tertio pōtifice Romano et Pipino primo Francorum rege Turci primum Asiā inuaserūt. Fuerūtq; ipsi Turci Scythæ ex his, quos Alexandrū Macedonem inter Hyperboreos montes ferreis clausisse repagulis cum alii tradunt scrptores, Tum beatus Hieronymus affirmat.

Cum Veneti obedirent Imperatori Cōstantinopolitano concedente Charolo principe iusto et magnanimo permissi sunt legibus suis ita uiuere, ut pariter utriq; imperio obedirent, cui fœderum cōditioni Leo tertius pontifex Maximus adstipulatus est.

Saraceni tum primum Tyrannos habere cœperūt, quorum unus Aegyptum et Africā occupauit. Duo Hispanias inter se partiti sunt, et Quartus Palestinam ac Syriæ Loca cœpit.

Marci euangelistæ corpus Venetias est translatum duce Iustiniano Patritio anno conditæ Vrbis Venetæ primo septuagesimo et quadrigētesimo. Ecclesia quæ nūc extat Sancti Marci Venetiis ædificari cœpta.

Vrsus Dux Venetus a Cōstantinopolitano Imperatore Protospatarius declaratus est, isq; Dux accepti muneris gratias relaturus cāpanas duodecim magni pōderis Basilio Imperatori dono misit, quas primas habuit Græcia.

Exciti opulentiæ Vrbis Venetiarum fama Vngari signa conuertẽtes in eã duxerunt, et lembis tumultuarie fabricatis, quorum asseres pellibus conglutinarentur, ciuitas noua capta ad primum impetum est incensa.
Anno qui secutus est conditæ urbis Venetæ septuagesimo quinto et quadringentesimo Saraceni Africam, Genuamq; urbem cœperunt, in quam maxima usi sunt sæuitia. Vrbe enim spoliata, et cæsis omnibus puberibus, impuberes et fœminas asportarunt.
Aegeum mare nunc Archipelagus uocant.
Euboia nunc Nigropontus.
Andreas Vngariæ rex ab Honorio pontifice in prædictam expeditionẽ accersitus, ius omne, quod in Dalmatia suum ad id temporis regnum habuerat Venetis ideo cõcessit: quia eum usq; ad Damiatam cum exercitu amplo nauibus deportarunt.
Ptolemais, quæ prius Accon et Accia dicebatur: ita solo æquata est a Sultano ut fundamẽta sint effossa, ut nullũ urbis, nullum post hæc ædificii uestigium appareret.
ETRVRIA.
Magistratus Etruriæ Castaldio appellatus.
Ligustini populi nunc Chararíæ dicuntur, de quorum marmoribus Iuuenalis. Nam si procubuit qui saxa ligustica portat Axis.
Secũdus in Etruria fluuius Auxeris a quibusdã uetustis; sed a Liuio Meta appellatus, quem nunc Serclũ dicimus.

Apud Vmbronem fluuim, quem Plinius inquit naui-giorum esse capacem, Interius est Vibona uetusti nominis opidum.

Plumbinum noui nominis opidum, quem locum Romanæ ecclesiæ rerum scriptores anno nunc trecētesimo Plumbinariam dixere.

Populonia fuit uetustissimum opidum, quam Nicea patritius Constantinopolitanus Dux naualis exercitus regnante in Italia Bernardo Charoli Magni nepote ui captam diripuit, et igni, ferroq; funditus euertit, ut parua ipsius urbis uestigia nunc appareant.

Argētarius mons in Peninsulam mari immissus, in quo est uetusti nominis portus Herculis: quæ loca rari nunc habitant.

Lacus Volsiniensium, nunc Bolsenæ, Bulsinum Procopius dicit.

Mons Altus super Ostia lacus Bolsenæ Vetusto in loco Grauiscarum, quod appellat Virgilius intempestum. Scribit Plinius apud Grauiscas Corallum gigni solitum prout nunc gigni et expiscari constat.

Cornetum crediderim esse quod Ptolemei, Plinii, Pomponii Mellæ testimonia castrum Inui uocant. Auctū tradit esse Tarquiniæ ibi proximæ olim urbis uetustæ ruinis, unde Tarquinii orti.

Ciuitas uetus fuit centumcellensis portus, quam Saraceni destruxerunt, ubi constat Augustinū libros de trinitate

conſcripſiſſe. Ciuitatis uero ueteris portũ prætergreſſi magna inueniũt uetuſti ædificii fũdamẽta; in quibus Pyrgo appellatis paruum eſt ſacellum, eoq; in loco Pyrgos fuiſſe ueteres a Virgilio appellatos conſtat.
Proximus mare influit Ceretanus amnis, ſecus quem intus eſt Cereuetere nũc: quos fuiſſe ſcimus Cere ſeruatorũ, quo tempore Galli Senones urbem cæpere, ſacrorũ memoria celebre opidũ.
Sequitur Pertenuis locus in paludibus. cui Perge olim appellato, nunc palus dicitur, ab Vrſinis poſſeſſus.
Annibal iuit per Valles Arni, quæ erãt ubi nunc eſt inciſa ita dicta, quoniam ſaxum apertũ eſt, et ita exoneratus Arnus.
Bibiena opidum in montibus nobile.
Senatum urbi magno decori fuit celebratum in ea concilium, in quo Gerardus Florentinus Epiſcopus in. ii. Nicolaum pontificem Ro. Creatus conſtitutionem fecit. quæ in decretis patrum extat, Diſtinctione tertia et Vigeſima pontifices Romanos eligendi Cardinaliũ collegio, et nemini ulterius ius eſſe, cui concilio centũ et triginta Epiſcopi interfuere.
Dana fluuius nunc Palia.
Radicofanum a Comitiſſa Mathildi caſtellum eccleſiæ dono datum.
Peruſiam Etruriæ primariam ab Achæis, conditam Iuſtinus inquit.

Mons Faliſcorum corrupte dictus mons Flaſconus.

De Orta ciuitate Etruriæ fortaſſis intellexit Virg. cum inquit. Ortanæ claſſes.

Ciuitas Caſtellana Veii.

Franciſcus Fianus certiſſimis docuit coniecturis Veios fuiſſe apud Pontianum Caſtellum Tiberi item et Fiano propinquum.

Ciminius lacus, nunc Vici.

Vetralla nunc, olim Forum Caſſii.

In uia Caſſia duodecim a Sutrio abſunt Bacchanæ ue-tuſti nominis locus.

Ex paruo lacu Bacchanas attingēte paruus orit Fluuius apud Valchā in Tyberim cadēs, qui licet aquis ſit tenuis ac exilis, celebratū ī hiſtoria hēt nomē. Eſt.n. Cremera.

Lacus Tarquiniæ nūc Anguillariæ, ex quo familia flu-xit, ut in Romanis noſtræ ætatis, uetuſta, comitum Anguillariæ appellata, quorum Vrſus urbis Senator Franciſcum Petrarcham Laurea inſigniuit.

Finis Etruriæ.

LATINI INCIPIVNT.

Opidum Sāctæ Felicitatis prope Circeios, Plinius Nymphæum uocat.

Taracinæ etiā nūc adiacet paludis Pontinæ pars, quā paludē faciūt amnes duo, eorūq; maior Vfens appellatus.

Pons Coruus opidum Fregellæ fuit.

Roma nūc Petentibus Taracinam iter eſt primū duo-

decimo miliario marinum, quod non absurde Marianã uillam fuisse ut credam facit proxima. L. Murenæ uilla semi etiam integra, et prædium porcium uulgo notum.
Gazarolũ noui noĩs opidum, olim. L. Murrenæ Villa.
In opido quod corrupte ciuita Indiuina appellãt, lapis repertus est literas inscriptus maiusculas, quæ Lanuuiũ illud opidum fuisse ostendunt.
Honorius tertius de gente Sabella.
Vbi olim fuit Forum Appii, nunc est Monasteriũ Fossa noua appellatum.
Valmontanum ubi Lauici fuere.
Gallicanum Gabios fuisse coniicimus.
Bonifacius Annum Iubileum primus Romanorũ pontificum Romæ instituit.
Ciuitas Bouillarum, nunc Babucum.
Extra Tybur monimenta sunt uillæ, quam Hadrianus extruxit, de qua meminit Helius Spartianus.
Supra Tybur mõtes sunt ardui, et late diffusi, ubi fortissimi olim habitauerunt Aequicoli, de quibus Maro intelligit.
Federicus primus Imperator Romanus Theotonicus reædificauit Tybur.
Talliacocii Vicus Varronis, alii Vicũ Varriũ id putant.
Pillum et Pullanũ nũc dictum Pilium et Palianum.
Monasterium sanctæ Mariæ de Crypta ferrata in uilla Ciceronis Thusculana ædificatum.

Lucullanum Lucii Luculli uilla, quæ nunc dicit frascha tum, ubi aquam uirginem, quæ nunc unica Romã pro ducitur, inuentam esse constat.

Tusculani duce Rainone eorũ Tyranno Federici Imperatoris Aenobarbi copiis coniuncti, Populũ Romanũ clade maxima affecerunt, quæ cãnensi cladi prope similis numero cæsorom fuisse dicit, adeo ut Roma postmodum caput nunq̃ attollere potuerit.

Est Albæ Marinoq; proximus Albanus lacus emissus a Romanis ut ueis potirentur.

Scribit Seruius nemus appellari Lucum haud longe ab Aritia, in quo lacus est, ubi speculũ Dianæ dicitur, quod hodie Cynthianum uocatur.

Pulchrũ et pene mirũ est uidere clauos maiores æneos, quibus cubitalibus nauis constructa erat ita integros, ita politos, ut nuper a fabri ferrarii incudibus exisse uideant.

Mãmolus pons in uia Tyburtina ædificatus est a Mammea Alexandri Genetrice.

Vetus Gampania nunc Terra laboris dicta.

VMBRIA.

Vmbriam nostri Ducatum uocant Spoletanum.

Opidũ sancti Sepulchri burgus dictum, ædificatum est in fundamentis Villæ plinianæ, ad radices appennini ꝓpe Tyberina

Tifernum ciuitas Castelli dicta.

Tinium opidum, nunc dicitur Topinum.

Assisium Propertius Axim uocat, innuitq; construendo eius urbis muro consilium attulisse.
Tennius siue Topinus amnis.
Montonũ Bracteó rei bellicæ præstãtissimus illustrauit.
Triuiũ nunc, olim Trebula, Virgilius Mutiscas inquit.
Subest colli, in quo Triuiũ esse duximus plucidus fons tantam subito euomens aquam, ut intra stadii unius cursum efficiat fluuiũ qui infra Fulginiam labit i Topinũ.
Sertorius dux Romanus fuit Nursinus, et. S. Benedictus.
Velinus lacus nunc a pede Luci opido uocatus, qui cadit in narem prope Interamnam sex miliatibus.
Cures Numæ põpilii patria ꝓpe ecclesiã sãcti Eutimi regionis Sabinæ, de qua meminit Gregorius in registro.
Nomẽtũ opidũ nũc desertũ propter grauitatẽ aeris.
Castellum in colle Poggium Mirretũ, cui Torrentulus adiacet riuus solis dictus, quẽ Digentiã uocat Horatius.
Prope Farfarum opidum Poggiũ Curtesii a Curtesio amne subtus delabente uocatum. quem quidem fluuiũ Alliam prisco nomine dictum fuisse constat.
Prope uallẽ quã facit Farfarus isabinis Horatius habuit agrum.

PICENVM.

Isaurus fluuius, nunc Folia dictus.
Saxum est prope Vrbinum siliceam habẽs duriciem ducentis passibus lõgitudine, et octo altitudine perforatũ. Curribus item factum est peruium, cui a forma, actuq;

Forulo est appellatio. Docetq; Titulus literis cubitalib. in frõte excisus. T. Vespsianũ et nõ Augustũ Octauiũ: qui uiã strauerat Flaminiam, id Foruli opus curasse.
Ricinetum et Ricina nunc Recanatum.
Macerata ciuitas noui nominis et ipsa Aeliæ Ricinæ sicut Recanetum excidio auspicium ducit.
Vrbs Saluia Vetus diruta apud Castellũ sancti Genesii. Opidum nũc Sancta Maria in Georgio inter primaria Marchiæ annumeratum, quæ urbs olim fuit Tignium, de qua meminit Cæsar in Cõmentariis. Sequitur amnis nunc Tenne, olim Tigniæ.

FLAMINIA.

Flaminia dicta est uia, quã Octauius Augustus ab urbe Roma uel potius a circo Flaminio Ariminũ usq; strauit.
Vatrenum Immolæ fluuius, nunc Santerno.
Ariminum Fluuius, nunc Marida dicitur.
Pons Miluius ad Tyberim a Marco Scauro, sicut Ammianus Marcellinus refert, constructus.
Rubicon Torrẽs perexiguus, Pissatelum nunc, et Ruconem uocant.
Adhuc in marmore apud Rubiconem sunt hæc uerba. Iussu mandatu ue P. R. Conf. Imp. Miles. Tiro. Cõmilito Quisquis es, Manipulariæ ue Centurio Turmæue legionariæ huc sistito, Vexillũ Sinito, ne citra hũc amnẽ Rubiconẽ signa ductum, cõmeatũue traducito. Siquis huius iussionis ergo aduersus ierit, feceritue adiudicatus